



# Propheta Nahum

<https://hdl.handle.net/1874/428470>

96  
3

# PROPHE<sup>T</sup>A NAHVM IVXTA VERITATEM HEBRAICAM,

*Latine redditus per Theodorum Bibliarum  
drum, adiecta exegesi, qua uersio-  
nis ratio redditur, & authoris  
diuini sententia  
explicatur.*



TIGVRI APVD CHRISTOPH.  
FROSCHO. MENSE IVL.  
ANNO M. D. XXXIII.

ORTHODOXAE FI  
DEI CVLTORIBVS, THEO-  
dorus Bibliander gratiam, pacem, &  
benedictionem per Christum  
seruatorem precatur.



Liquot hinc mēsibus Nahum prophe-  
tam interpretatus sum, hortantibus me  
uiris pijs iuxta & eruditis. Quibus eō  
libentius in hoc parui negotio, quod  
hic uates à nostri temporis hominibus literatis non  
perinde occupatus est, quem interpretarētur. D. Hie  
ronymus autem subinde se testatur sequi traditionem  
Iudæi præceptoris in illius historia interpretāda. Cæ  
terum uates dignissimus est, qui planior pijs redda-  
tur, præsertim nostris turbulētissimis tēporibus. Eam  
operam sic probarunt, ut censuerint in rem fore eccl<sup>esiæ</sup>, si publicarem. Evidēt non sum nescius, quām  
sunt authoribus diuinis interpretandis impar, quanto  
absolutiora cōueniant auribus nostri sēculi, plerosq;  
etia breuiores probare annotationes, & authoris sen-  
tentiam per puncta, ut sic dicam, indicantes. Verum  
quām iste labor noster iam uideretur suum adferre  
momentum in literatura sancta mediocriter aut min-  
imum progressis, malui consulere istorum industrie,  
quām priuatae existimationi, meamq; in literis tenui-

# BIBLIANDRI EPISTOLA. 2

Latet prodere potius quam in sanctissimas charitatis  
leges cōmittere. Quod si expertus fuero meam ope-  
ram ex formulis charitatis iudicatam, et candide  
acceptum, quod candide studioq; commodandi exhibi-  
tum est, accingar ad maiora et absolutiora, qui-  
bus authentica uolumina, hoc est, salutariū seminum  
arua excolanur. Et quoniam semel adieci animum ad  
interpretandum diuinum hunc scriptorem Nahum,  
de nouo quoq; in Latinum eloquium transtuli, non so-  
lum utriusque sermonis Hæbraici et Romani pro-  
prietatem emulatus, sed etiam eloquentiae uires exprimere  
conatus. Appendi autem uerba et quantum li-  
cuit per claritatem annumeravi, quædam etiam in-  
terdu adiiciens perspicuitatis gratia, quæ semicircu-  
lis conclusi. Quod factum candidi homines haud raa-  
pient in sinistram partem, quum ego non sim ita sto-  
lidus, ut putem per nostram uersionem, Ecclesiæ uul-  
gatam, et sub titulo D. Hieronymi consecratam, excus-  
tiendam esse. Præterea diuus Augustinus utile putat  
uarias translationes cōferre, unam familiare retinere,  
ut ex ista collisione multorum uberior ueritatis lux  
emicit. Merito ne à uulgata editione quandoq; dis-  
cesserim, in singulorū explicatione apparebit.

Valete in domino. Tiguri III Cal. Iulias.

M. D. XXXIIII.

NAHVM PROPHETA  
IVXTA INTERPRETATIONEM  
DIVI HIERONYMI.

CAP. I.



Nus Niniue, liber uisionis Na  
um Helchesei.

- 1 Deus æmulator & ulciscens  
dominus, ulciscēs dominus &  
habens furorem, ulciscēs dominus in ho-  
stes suos, & irascens ipse inimicis suis.
- 2 Dominus patiens & magnus fortitudi-  
ne, & mundans non faciet innocentēs do-  
minus in tempestate & turbine uiæ eius,  
& nebulæ puluis pedum eius.
- 3 Increpās mare & exiccās illud, & omia  
flumina ad desertū deducēs: infirmatus est  
Basan & Carmelus, & flos libani elāgit.
- 4 Montes cōmoti sunt ab eo, & colles de-  
solati sunt: & cōtremuit terra à facie eius,  
& orbis, & omnes habitātes in eo.
- 5 Ante faciē indignationis eius quis sta-  
bit: & quis resistet in ira furoris eius? Indi-  
gnatio eius effusa est ut ignis, & petræ dis-  
solutæ sunt ab eo.
- 6 Bonus dominus & confortās in die tri-  
bulationis, & sciens sperantes in se.
- 7 Et in diluvio præterea cōsummatio-  
nem

# NAHVM PROPHETA 3

IV XTA INTERPRETATIONEM

THEODORI BIBLIANDRI.



Aticinium graue aduersus Niniuem:li= C A P . I.  
bellus propheticus Nahum Elcesei.

1 Deus inique ferens iniurias & ul= Descriptio  
tor Louis, ultor Louis & uehemēs, ultor dei à virtut  
Louis in hostes suos, & iniuriarum memor aduersum te atque o  
mimicos suos. peribus.

2 Louis patiens & pollens uiribus, at neutiquam di  
mitēs impunita(scelera.) Louis uia per turbinem &  
procellan(est,) nebulæ autem puluis pedum eius.

3 Qui statim ut increpitauit mare, ipsum arefacit,  
omnesq; fluios exiccat. Deformatur Basan & Car  
melus, floridusq; Libanus deformatur.

4 Montes ab ipso contremiscunt, & colles se se  
resoluunt. Terra se proripit ex illius conspectu, &  
totus(adeò) orbis una cum degentibus in eo.

5 Sub eius excandescientia quis persisteret? In æstu  
nasi eius quis duraret? Calor ipsius conflat in morem  
ignis, ut silices ab eo dissoluantur.

6 Rursum) benignus est dominus, præsidium tem  
poribus difficilimis atque cognitos habens præstolan  
tes se.

7 Diluvio superante prorsum delebit locum i= Propositū  
dei uastare  
Assyrium.

HIERONYMI INTERP.

nem faciet loci eius, & inimicos eius per-  
sequentur tenebræ.

8 Quid cogitatis cōtra dñm? Consumma-  
tionem ipse faciet: non cōsurget duplex tri-  
bulatio: quia sicut spinæ se inuicē comple-  
ctunt, sic conuiuiū eorū pariter potantiū:  
consumētur quasi stipula ariditate plena.

9 Ex te enim exibit cogitās cōtra dñm ma-  
litiam, mente pertractās præuaricationē.

10 Hæc dicit dñs: Si perfecti fuerint & ita  
plures, sic quoq; attondētur, & pertrāsabit:  
Affixi te & non affligam te ultra.

11 Et nunc conterā uirgam eius de dorso  
tuo, & uincula tua disrumpam.

12 Et præcipiet super te dñs: Nō seminabi-  
tur ex nomine tuo amplius: De domo dei  
tui interficiā; Sculptile & cōflatile ponam  
sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.

13 Ecce super mōtes pedes euangelizātis &  
annūciātis pacē. Celebra luda festiuitates  
tuas, & redde uota tua, qā nō adiūcet ultra,  
ut pertrāseat in te belial, uniuersus interij.

CAP.II. Ascendit qui dispergat coram te, qui cu-  
stodiat obsidionē. Cōtemplare uiam, con-  
fortalumbos, robora uirtutem ualde, qui

**P**sius (Assyrii) & post inimicos suos immittet tenebras.

<sup>8</sup> Quid machinamini aduersus dominum? Semel strages ex perdet. Non iteranda calamitas oborietur. Nam platercitus Se nissime ritu ueprium implicitarū, quum fuerint commessando referti, absumentur ceu culmis ad plenum torridus.

<sup>9</sup> Ex te (nanque) profectus est prava machinans in Iouem, consultor Deo & hominibus infestus. Causa ex ei dij superbia

<sup>10</sup> Ad hunc modum loquitur dominus: Si omnes integri (sunt) quotquot fuerint, attendentur, & transibit. Etenim si affixi te, posthac non affligam. Apostrophe ad Israe.

<sup>11</sup> Et nunc quidem uirgam istius frangam a te, uinculaq; tua disrumpam.

<sup>12</sup> Porro de te Iouis mandata iniunxit. Non seretur interitus ex nomine tuo in posterum. Ex deorum tuorum æde Senache tollam statuas & signum fusile, uertamq; in tuum se= pulchrum. Nam ignominiosus eris.

<sup>13</sup> En per montes læti nuncijs pedes pacem prædicantis. O Iuda feriare ferias tuas: persolute uota tua. Non enim te posthac superabit Deo & hominibus infestus. Totus confectus est.

<sup>14</sup> Ascendit dissipator ob oculos tuos ob sessum urbem uallatā. Lustra uias: obs firma lumbos: omnibus modis instrue copias.

HIERONYMI INTERP.

- 2 quia sicut reddidit dñs superbiā Iacob,  
sic superbiā Israēl, quia uastatores dissipar-  
uerūt eos, & propagines eorū corruperūt.  
3 Clypeus fortū eius ignitus, uiri exerci-  
tus in coccineis. Igneæ habenæ currus in  
die præparationis eius, & agitatores eius  
consopiti sunt.  
4 In itineribus cōturbati sunt, quadrigæ  
collisæ sunt in plateis. Aspectus earū quasi  
lampades, quasi fulgura discurrentia.  
5 Recordabitur fortium suorum, ruent in  
itineribus suis. Velociter ascendet muros  
eius, & præparabitur umbraculum.  
6 Portæ fluuiorum apertæ sunt, & tem-  
plum ad solum dirutum.  
7 Et miles captiuus abductus est, & ancil-  
læ eius minabātur, gemētes ut columbæ,  
murmurantes in cordibus suis.  
8 Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ  
eius, ipsi uero fugerunt. State, state, & non  
est qui reuertatur.  
9 Diripite argētū, diripite aurū, & nō est fi-  
nis diuitiarū ex oībus uafis desyderabilib.  
10 Dissipata est, & scissa, & dilacerata est, cor-  
tabescens, & dissolutio geniculorū, & defe-  
ctio in cūctis renibus, & facies omniū sicut  
nigredo ollæ.

Vbi

<sup>2</sup> Etenim Iouis abstulit arrogantiam Iacobi, quem admodum ex Israëlis: siquidem direptores diripuerunt eos, et propagines corruerunt.

<sup>3</sup> Parma herorum illius rubet, uiri militares puri Prosopea purati sunt. Currus expeditionis tempore uelut ignis exercitus facium, ut abies concutiantur. oppugnat

<sup>4</sup> In uicis tumultuabuntur currus: in plateis inter se collidentur, ut aspectum (prebeant) lampadarum, et ritu fulgurum discurrant.

<sup>5</sup> In mentem ueniet (imperij) fortibus eius. Prosternentur in suo agmine: festinabunt ad murum istius (Niniues.) Et iam paratae sunt machinae.

<sup>6</sup> Portæ fluminum apertæ sunt, ipsumq; palatium dissolutum est.

<sup>7</sup> Munitio firmissima denudata est, sublata est. Ancilla autem istius imitantur uocem turturum, et suis pectoribus pertunduntur.

<sup>8</sup> Cæterum Niniue ab antiquo fuerat uelut aquatica piscina. Nunc ipsi diffugiunt. State, state. Sed nemAd deserentes Niniue.

mo respicit.

<sup>9</sup> Diripite (igitur uos) argentum, diripite aurum. Ad uictores depositis (enim) opibus nullus modus est. Onusta est res sermone.

rebus quibusq; charissimis.

<sup>10</sup> Vacua est, euacuata est, lacerata est. Cor liquevit: tremor in genubus: ægritudo in omnium lumbis: faciesq; uniuersorum contraxerunt ollæ speciem.

HIERONYMI INTERP.

- 11 Vbi est habitaculū leonū & pascua catū  
AIs, quæ. lorū leonū? ad \*quā iuit leo, ut ingredere  
illuc catulus leonis, & nō est qui exterreat.  
12 Leo cepit sufficiēter catulis suis, & neca  
uit leænis suis. Et impleuit præda spelūcas  
suas, & cubile suum rapina.  
13 Ecce ego ad te, dicit dñs exercituū, & suc  
cendam usq; ad fumū quadrigas tuas, & le  
unculos tuos comedet gladius. Et extermi  
nabo de terra prædam tuā, & nō audietur  
ultra uox nunciorum tuorum.

- Cap. III. Væ ciuitas sanguinū uniuersa mendaciū  
1 dilaceratiōe plena. Nō recedet à te rapina.  
2 Vox flagelli, & uox impetus rotę, & equi  
frementis, & quadrigæ feruentis,  
3 & equitis ascēdentis, & micantis gladij,  
& fulgurātis hastæ, & multitudinis interfe  
ctæ, & grauis ruinæ, nec est finis cadauerū.  
Et corruent in corporibus suis  
4 propter multitudinē fornicationū me  
tricis speciosæ & gratæ & habentis ma  
leficia, quæ uendidit gentes in fornicatio  
nibus suis, & familias in maleficij suis.  
5 Ecce ego ad te, dicit dñs exercituū, & re  
uelabo pudēda tua in facie tua, & ostendā  
in gentibus nuditatē tuā, & regnis ignomi  
niā tuā.

Et

<sup>11</sup> Vbi nam lustrum leonum, et pascua iuuenium Sarcaſmos  
leunculorum, ad quæ conferebat ſe leo (maritus) in tyrānos  
leōnē, ubi degebat catulus leoninus, nec quisquam  
turbabat?

<sup>12</sup> Leo (in qua) rapiens, quantum ſatis eſſet catulis  
ſuis, strangulans quoq; leōnis ſuis, qui et rapina com-  
plent latibula ſua, luftraq; ſua laceris animantibus.

<sup>13</sup> En me tibi (hostem) inquit Iouis omnipotēs. Come-  
buram currum iſtius per fumum, tuosq; leunculos  
deuorabit gladius: tuam uero lacerationem auertam  
a terra, nec audietur amplius uox nunciorū tuorum.

<sup>1</sup> Hei urbem ſanguinariam in uniuersum plenam Cap. III.  
mendacio et laceratione, (que tamen) non reporta Scelera  
bit prædam, Nint.

<sup>2</sup> Crepitus flagelli, ſonus ſtridentis rote, equus fa- Hypotypo  
lax, et exultans currus. ſis caſtae  
urbis.

<sup>3</sup> Statim ut eques fuſtulit (brachium) corrufcat gla-  
dius, fulguratq; cuſtis. Multum ſauciorum, et ingens  
uis cadauerum, nec modus eſt cadaueribus, adeo ut  
ruant per ſua corpora.

<sup>4</sup> Que obuenient propter multa probra meretri- Cauſa  
cis uenustæ atque pollentis ueneficio, que gentes uen- excidijs.  
dit arlibus ſuis meretricijs, et nationes ſuis ueneficijs. Allegoria  
infignis.

<sup>5</sup> En me tibi (hostem) inquit Iouis omnipotens, qui  
ſubducam fimbrias tibi ſupra faciem tuam, et oſten-  
dam genibus pudenda tua, regniſq; fœditatem tuam.

HIERONYMI INTERP.

- 6 Et projiciā sup te abominationes, & contumelijs te afficiā, & ponā te in exemplū.
- 7 Et erit omnis qui derit te, refliet à te, & dicet: Vastata est Niniue. Quis cōmouebit sup te caput? unde querā cōsolatōrē tibi?
- 8 Nūquid melior es Alexādria populorū, quæ habitat in fluminibus: aquæ in circui tu eius, cuius diuitię mare, aquę muri eius.
- 9 Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus, & nō est finis. Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo.
- 10 Sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatē. Paruuli eius elisi sunt in capite omnium uiarū, & super inclytos eius miserū sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus.
- 11 Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta, & tu quæres auxilium ab inimico.
- 12 Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadēt in os comedentis.
- 13 Ecce populus tuus mulieres ī medio tui.  
Af's, ada-  
pertione. Inimicis tuis ad apertōnē pandetur porta terræ tuæ, deuorabit ignis uectes tuos.
- 14 Aquā ppter obsidionē hauri tibi, extrue munitiones tuas, intra in lutū & calca, Ibi subigēs tene laterē.

<sup>6</sup> In ieciam in te fordes, ac uilem reddam facturuste  
spectaculum.

<sup>7</sup> Proinde quilibet affipientium te refugiet abs te,  
atque dicet: Exoleuit Ninive. Quis eius gratia iter su-  
scipiet? Vnde queremus tibi consolatores?

<sup>8</sup> An tu meliore sorte es, quam No Amon, que Exemplum  
sita est in fluminibus aquis circunflua, cuius propu- Ninive pos-  
gnaculum mare, à mari etiam murus ipsius?  
se capi.

<sup>9</sup> Cuius robur Aethiopia & Aegyptus supra mo-  
dum ualidum, Africāq; & Libes, (qui) sunt inter  
tua auxilia.

<sup>10</sup> Illa tamen in exilium ac seruitutem abiit. Illius  
infantes in omniū uicorum initijs allisi sunt. De gra-  
uissimis in ea uiris dedere sortes. Omnes magnates il-  
lius uincti fuerunt compedibus.

<sup>11</sup> Tu quoque ineibriaberis & eris obscurata: tu  
quoque præsidium queres ob hostem.

<sup>12</sup> Omnes tuæ munitiones erunt similes fici arbo-  
ribus habentibus iam ficus maturos, que si concutian-  
tur, decidunt in os deuorantis.

<sup>13</sup> Eccum tuum populū intrate effeminatum. Pro-  
fecto portæ regionis tuæ pandentur hostibus, ignisq;  
deuorabit tuos obices.

<sup>14</sup> Haurito tibi aquas obsidionis: firma tuas muni-  
tiones: ingredere lutum, & subige argillam: instrue Preparatio  
officinam lateritiam. <sup>obsidionis</sup> itouice,

HIERONYMI INTERP.

- 15 Ibi comedet te ignis, peribis gladio, de-  
uorabit te ut bruchus. Cōgregare ergo ut  
bruchus, multiplicare ut locusta.
- 16 Plures fecisti negotiationes tuas, quām  
stellæ sint cœli. Bruchus expansus est, &  
auolauit.
- 17 Custodes tui quasi locustæ, & paruuli  
tui quasi locustæ locustarū, quæ consident  
in sepibus in die frigoris. Sol ortus est, &  
auolauerunt, & non est cognitus locus ea-  
rum, ubi fuerint.
- 18 Dormitauerūt pastores tui rex Assur, se-  
pelientur principes tui, latitauit populus  
tuus in móribus, & nō est qui cōgreget.
- 19 Non est obscura cōtritio tua, pessima est  
plaga túa. Omnes qui audierūt auditionē  
tuā compresserūt manū super te: Quia su-  
per quem nō transiit malicia tua semper?

<sup>15</sup> Ibi quoque te ignis deuorabit, conficit te gladius: deuorabit (autem) more bruchi. Onera te (igitur hominibus) tanquā bricho, onera te tanquā locustis.

<sup>16</sup> Auxisti mercatores tuos supra stellas cœli, bruchum (uidelicet) auolantem statim ut impetum cepit.

<sup>17</sup> Comatuli tui referunt locustam, ingenui tui attelaborum examen imitatur tempore frigido in sepibus confidentium, sed orto sole diffugientium, ut nesciat locus eorum, ad quem peruenierint.

<sup>18</sup> Somnum ceperunt pastores tui ô rex Aſſyriorum. Iacent heroës tui: Diſpersus est populus tuus per montes, & nemo recolligit.

<sup>19</sup> Neque leue tuum vulnus est, sed acerba tua plaga. Quotquot casus tuos perceperint fama, plaudent super te manibus. Ad quem enim non semper iniuriae tue peruenierunt?

Summa,  
Niniue  
atrociter  
perdetur,  
quaे oēs  
affixit,



# THEODORI BIBLI, ANDRI IN PROPHETAM NAHVM PRAEFATIO.



Voniam nonnulli pro more hominum  
res utilissimas leui de causa spernendi,  
existimant uirum Dei Nahum steri=   
lem parumq; utilitatis conferentem ad  
uitæ nostræ usum, puto ante omnia breuiter esse re=   
spondendum ad ea, quæ diuinæ huius & saluberrime  
lectionis ardorem possent tepefacere. Sunt enim qui  
cogitent, audaciusq; proloquātur, Quid ad nos perti  
net Nahum contra urbem Assyriorum loquens, & de  
rebus iam olim cōclamatis uaticiniū contexens? Quid  
ad nos ista ueteras? quid gētibus incredulis dictas? quid  
contra summū dicta imperium spectant ad inferioris  
sortis homines? Non desunt etiam, qui putent ob ordi  
nem ipsius paulò minus tribuendū. Est enim septimus  
iuxta Heb. & LXX interpretes in numero XII  
prophetarum, qui uulgo minores dicuntur. Quæ ut  
proposui deinceps refellam, & præterea paucis indi  
cabo, prophetiā Nahum aptam esse omnibus tempo  
ribus & nationibus, præcipue tamen nostris. Primum  
haud nego euentum habuisse Niniuitas, qualem com=   
minatus est Nahum, & urbem pariter potentem, pa=   
riter superbam iuxta uerbum domini expirasse, ut  
nihil supersit quam foedum nomen in historijs fide

B

## BIBLIANDRI

non indignis. At non simul effectus diuinæ orationis  
expirauit, sed plus authoritatis merito impetrat, quā  
subsecuta ueritas ex Deo profetā declarauit. In Assi-  
rios enim æditum est exemplum, quod omnes homi-  
nes ubique locorum omnibus sæculis moneat absti-  
nere à sceleribus, que tum Niniuen tum alia imperia  
magna & parua deduxerūt ad miserrimum exitum.  
Nec uetus debet illi scriptio derogare, alioquin hi-  
storie & præclarissima ingeniorum nobilium moni-  
menta ex ætate pondus amitterent pari ratione, quia  
bus tamen longa series annorū & longitēporis expe-  
rimentum authoritatem apud sapientiores cōciliant.  
Præterea inter nos, & qui primis annis uixerunt,  
quantum ad religionis ueræ perinet rationem, nihil  
interest. Anni enim mille in oculis domini sicut dies  
unus, qui semper idem est, & anni eius non deficit:  
**Iere. 10.** qui apud prophetā נָבָן ipsus ideo appellatur, quod  
perpetuo sui similis idem probet aut improbet omni-  
bus ætatibus, eandem retinēs uoluntatem, utpote opti-  
mam, eundemq; morem gubernādi genus humanum,  
sicuti & spiritus qui regnat in filiis inobedītia suam  
perpetuo retinet consuetudinem. Vnde Paulus Corin-  
thios monet, ut prisca gentis iudaicæ facta recolent-  
es discant quid sibi ex usu fiat. Sæuisse nanque iram  
diuinam evidentius in priscos patres, ut documentum  
præberent posteris, ne mala expetant, ne fornicentur,  
ne

## P R A E F A T I O.

10

ne idola colant, ne tentent Christum, ne murmurent,  
conspicentes quām grauis poena cœlitus sit inflictæ:  
Quæ omnia prodita sunt ad nos corrigendos, in quos  
finis sæculorum deuolutus est. Iam quia Nahum no-  
ster fata canit ethnicis à religione per Mosen tradita  
alienis, eam ob rem non debent nobis ista scripta &  
alia in gentes parata fordescere, sed magna cum at-  
tentione auscultandum est, quæ patribus nostris quon-  
dam sunt committata, quid in eis Deus reprehende-  
rit, quo iure illos puniuerit. Est enim Deus nō Iudæo-  
rum tantū, sed & gentium, ad tempus illos separans  
ritus sacrorum & ceremonijs. Cæterum quia utrumq;  
populum condidit, plurimisq; beneficijs obstrinxit,  
ab utroque etiā gratitudinis declarationem post tan-  
ta beneficia, & cōditionis fructum ex æquo repetiſt,  
nimurum ut ipse unus agnoscetetur bonorum author,  
utq; reverentia mentis & inculpatæ uitæ officijs co-  
leretur. Quam solide pietatis summam & quasi fun-  
damenta non unus authenticorū librorum locus indi-  
cat, planissime tamen Micheas sexto capite, inquiens:  
O homo indicabo tibi quid sit bonum, & quid domi-  
nus requirat à te: utiq; facere iudicium, & diligere  
misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.  
Hec igitur summa capita legis diuinæ Iudaico popu-  
lo uarie multipliciterq; proposita Deus optimus ma-  
ximus gentibus etiam cæteris præscripsit, nō quidem

B 2

## BIBLIANDRI

Suo dígito in ære et sáxo incisa, uerum super tabula  
cordis explanata, ut in omnibus institutis admoneren-  
tur, quid ius et fas, quid fugiendū aut faciendum, quo  
pacto uel propitiū haberet numen, uel iratū, secundū  
quas leges uiuentes gloriā et præmium reportaret à  
benignissimo Deo, et in præuaricātes ob impictatem  
atq; iniustitiam ira iusti Dei cœlitus manifestaretur.  
Verum callidissimus hostis humani generis, qui pri-  
mos parentes in fraudem abduxit, omnibusq; modis  
laqueos et tendiculas struit in oraculis Dei consigna-  
tis, hanc quoque legem cordibus inscriptam abolere  
conatus est, et densissimæ ignorantiae nebulas offu-  
dit. Adhibuit igitur benignissimus pater, qui omnes  
homines uult saluos fieri, et ad cognitionē ueritatis  
peruenire, interpres præclaros et ergodiolas,  
qualis Socrates, qualis Seneca, qui effrenem libidinem  
pectoris humani extra septa illa sese effundentis coér-  
cerent, adq; normam uiuendi redigerent. Iſi homines  
ingeniose conditoris indolem ex tanto rerum uni-  
uersarum opificio, vulgaribus aut amore literarum  
captis exposuerunt, mores hominum deprauatos cas-  
stigarunt seuerissime, ac profligatis mortalibus infes-  
tum numen denunciarunt, non dubitantes interim  
offensas hominū et pericula suspicere. Vnde præclaa-  
ra confessio integerrimi Catonis apud Salustum ex-  
tat: Qui mihi atque meo animo nullius unquam delia-  
cti

tli gratiam fecissem, haud facile alterius libidini mæ-  
 lefacta condonabam. Quales ego profecto homines  
 de meliori nota, si ex animo ita senserunt ut locuti  
 sunt, utq; uitæ speciem præse tulerunt, non temere in  
 ordinem damnatorum redigam. Licet enim Christi  
 saluatoris nomen haud perspectissimum habuerint,  
 nec lingua sua differere potuerint arcana regni Dei:  
 non abhorret tamen à Dei clemetissimi moribus, nec  
 ab eius oraculis, quin per suum spiritum occultius in  
 ipsorum peccatoribus uim indiderit, qua salutis æternæ  
 gratuitum beneficium percipitur, ut scirent adeò Chri-  
 stum, in quo uno benedicuntur omnes familie hominū,  
 sed se illum scire ignoraret, nec uerbis explicare pos-  
 sent. An non talis censendus est Cornelius, cuius facta Act. 10.  
 placuerunt Deo, antequam per apostolum Petrum  
 exactius disceret Christi mysteria, quum sit impossibili  
 quequam Deo placere citra fidem, teste Apo- Hebr. 11.  
 stolo? Tales fuerunt etiam in populo Iudeorum homi-  
 nes piij & sancti, qui Messiam tamen expectabant,  
 qualem apostoli sperabat propediem fore nostrū sal-  
 uatorem & dominum, qui regnum obtineret more  
 Davidis & Romanorū Cæsarū. Tales reperias hodie  
 plurimos homines innocentes, qui ne uitiam uerbis  
 prodere possent, quod spiritus domini affatim in pe-  
 netralibus cordis docet, quod eis ad salutis partici-  
 patum usui sit. Sed ut locum istum finiam, si placet à

BIBLIANDRI

uitæ beatæ consortio secludere, qui Christi nostri domini & saluatoris nomen haud tenent, nec profari possunt tanquam propriū nomen, quam crudelis sententia fertur in moriones & infantulos, qui nullū habent rationis usum? Illi ergo gentilium agnoscentes Deum conditorem, & agnatum colentes, ut cōuenit, reuerentia & uitæ sanctimonia, gloriam atque præmium reportarunt Deo iudice, ut doctor seraphicus & irrefragabilis Paulus ille Tarsensis testatur in literis ad Romanos. Rursum Deus nolens peccatoris mortem, sed ut conuersus uiuat, male credulis obiecit spe etratam uigilantibus quam dormientibus, exhibuitq; uarias prædictiones statum publicū inuertendū esse, ni ocyus mores ipsi mutarēt. Ea uocabat omnia, monstra, prodigia, ostenta, & portenta. Porro quum nec suam conscientiā audirent, nec salubria præstantium uirorum monita, nec insolita naturæ specie mouerentur, insequebatur calamitas & interitus, ut isti nebulones incurabiles à Ioue opímo maximo uiui mortuiq; mactarentur, & omnis posteritas haberet liquida exempla, quanto malo constet numen supernum contemnere ac malfactis irritare. Quocirca sapientia cunctis prouidens curauit in literarum hæc conditmonimenta, & ad eruditionem omnium sæculorum propagari. Quod tamen præstantissimum Dei seminarium ad colendam uitam sanctiorem iste malus ad perniciem

tiem nostram semper intentus sic corruptit zizanijs  
in ecclesiis, et ab omni parte inficit, ut quod erat insti-  
tutum ad salutē generis humani uerteretur in lethale  
venenum. Nam in istis monitoribus, qui tractabilem  
et quolibet sequacem populum nacti fuerant, sepe  
valuit priuataratio et corruptæ mentis affectus, ut  
non dirigerent homines ad unius Dei cognitionem  
atque professionem, non ad æquabilis uitæ consonan-  
tiam, no ad illas naturæ leges, quas tamē præuidebat,  
sed ut putabant se bona præsentia et caduca noctu-  
ros, rursumq; opinata mala declinaturos. Iam in mu-  
tati mundi significationibus hominum curiositas et  
mali dæmonis æmulatio plurimas fraudes admiscerunt,  
ut plus ualerent sortes, auguria, extispicia, auspicia,  
et id genus friuolæ obseruationes, quam status præ-  
sentis facies et consuetudo numinis admodulata ue-  
riq; Dei prædictiones ad meliorē semper frugem pel-  
lientes. Ad hæc mutationem opificij diuini refere-  
bant ad malos dæmones, qui cupiunt totum genus  
mortaliū semel sublatum, sinistreq; interpretaban-  
tur suis uotis adulantes, cui insaniæ frigidam suffun-  
debant genethliaci, et ex astrorum interpretatione  
credulos homines dementabant. Porro in scribendis  
monumentis rerum, quas profecto unus Deus noster  
tum iubendo tum permittendo tum agendo procurau-  
it, uarijs de causis moti sunt authores, ut non quod

## BIBLIANDRI

res erat, sed ut sibi commodissimum uidebatur, memoriæ proderent. Vnde inuasit in uitam ethnicorum cœtitas & tempora ignorantia, ut traheretur ad idola muta, & conuerterent gloriam inuisibilis Dei in formam omnis generis animantium, utq; per omnia flattery prouoluerentur more porcorum. De quibus malis non semel diuinus Paulus meminit. Sed uide quomodo istis corruptelis pestiferis medicinam fecit pater hominumq; Deumq;, ne in uniuersum abiicienda forent, in quibus plurima sunt iucunda scitu & utilia Dei; laudes personantia, qui magnificus in gentibus etiam fuit. Populum Iudaicum ipsi per leges plurimas arctissime adstrictū, & præcipue delectū in quo suas uirtutes ostenderet, cum potētissimis cōmisit monachis, uel potius cū toto orbe, ut cum gētibus cōtraheret, belligeraret, fœdera iūgeret, breuiter per omnes uitæ partes & uices iactarentur. Vnde necessarium fuit in historia sacra populi peculiariter Deum colentis, inseri etiam gentium istarum negotia. Quæ narratio ab omnibus mendacijs repurgata liquidissime conficiendum exhibit, qualis Deus sit etiam in gentibus, quæ uelut Lydius lapis existit ad deprehendendum mendacium & imposturas ingenij humani. Exempli gratia unum & alterum attingamus. An non bene se prodit figmētum Herodoti in historia Ione, quod factum Dei præclarū ille torquet ad Arionem fidis

fidicinem? An non subolet astutia ueteratoris spiritus,  
 qui nobilissimū typum saluatoris Christi labefactare  
 uel certe fabulosæ narrationis suspicionibus uoluit  
 contaminare? Omnes etiā scriptores Latini & Græ  
 ci, qui Alexādri Macedonis gesta suo stylo prosecuti  
 sunt, prodidere illum iniectis molibus Tyrum fecisse  
 continentem. Verum hoc facinus eximum eripitur  
 Chaldaeo Nabuchodonosor seruo Dei, ut Ieremias eū  
 uocat, quod futurum obscurius prædixerat Habacul,  
 & factum Ezechiel testatur. Felices rerum successus  
 tribuunt diis immortalibus, ut ipsi loquuntur de ido-  
 lis, & humanis præsidis: rursum calamitates negle-  
 ctæ atq; prætermisæ superstitioni, aut astrorum ef-  
 fectibus, aut imprudentiae moderatorum assignant, ut  
 quenq; priuata ratio huc illucq; impellebat. Superue-  
 nit igitur historia sacrosancta, & uelut illata fax  
 prodit illam audaciam enormiter in historia mentien-  
 di uel certe cæutiendi, ostenditq; malifontes, atque  
 felicitatis causam primam, cuius ui cuncta geruntur.  
 Proinde historia populi Iudaici uelut canon erit gen-  
 tilium scripta legendi circumspetius oculatusq;, &  
 iudicium formabit eorum res dijudicandi exactius.  
 Isdem de causis prouidentia uno cuncta obtutu com-  
 plectens inq; agauit Israëlitici populi doctores prima-  
 rios, & singulari afflatu numinis oppletos, ut genti-  
 bus uarijs sua fata præcimerent. Ex hoc enim planissi-

## BIBLIANDRI

mum fit, Iudaicū quidem populū dici peculiū Dei, dici  
primogenitū Dei, Deū præcipue in Iudæa notum, in-  
terim tamen cæterarū nationū nō ὥσπερ τῶν οὐεγα-  
γέω πούδ' ἔνα, λόγον haberi apud eundem Deum &  
dominum uniuersitatis. Præterea indicatur in eorum  
sermonibus prophetarum, quæ officia postulauerit di-  
uina maiestas ab illis etiam, qui extra septum legitimi  
populi uersabantur, quid probro, quid laude dignum  
gesserint, quæ illis causæ fuerint pereundi. Nam gra-  
uiissimæ orationes Esaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Abdio,  
Nahum aduersus gentes idololatras taxant impietā-  
tem & sacrilegam insaniam effigiandi numen eter-  
num per lignum & lapidem cæteramq; materiam ita-  
xant perfidiam, crudelitatem, fastum, auaritiam, iniu-  
sticiam, luxum uitæ, & reliquæ hominum turpitudi-  
nes, quas Deus nec in populo professione suo, nec in  
gentibus diutius pertulit, haudquaquam præputio cara-  
nis limitem constituerent in administranda iustitia. Sie  
Iere. 5. enim Deus per Ieremiā loquitur, An non de omni gen-  
te, quæ talis est, ulciscetur anima mea? Hoc est, Quæ  
cunq; natio, cuiuscunq; conditionis homines, quam  
similia depravatis Iudeis admiserint, simili pœna ple-  
tentur. Discimus ergo in diuinis sententijs de genti-  
bus incircuncisis non minus ingenium Dei nostri, quam  
ex his, quæ Iudeis de uirtutibus atque uitijs præscri-  
pta sunt. Ad hæc norma sunt illa prophetarum dicta  
scriptaq;

scriptaq; in gentes incredulas, dijudicādi exterorum  
negotia, & literarum monumenta siue res gestas com-  
memorantia, siue rationē uiuendi præscribētia. Quis  
enim cognoscens à Nahumo in Aſyrios dicta, in Idū  
mæos per Abdiam, & ab alijs Dei prophetis in diuer-  
sas gentes, tribuet uictorias illorū & prosperum suc-  
cessum religioni peruersæ, aut excidiū eorū alie cau-  
se, quām iustitiae diuinæ, quæ immaniter delinquen-  
tiū prauitates supplicijs æquis vindicata est? Quem= admodum igitur scriptura diuinitus inspirata sapien-  
tissime condita est per Deum, ut uniuersam discipli-  
nam pietatis dirigat, ne malus genius imprudis mor-  
talibus sub quacunq; specie imponat: ita prophetarū  
orationes diuinæ in gentes uanis superstitionibus dea-  
ditas, omnem uiuendi disciplinam apud eas receptam  
examinant. Dixi fuisus quid putem nobis conferre in  
ethnicos præcipue parata, quoniam illa quæſtio per-  
quisitione dignissima uidetur, & ab instituto nostro  
neutiquam abhorrens. Reliqua nunc breuius absolu-  
uentur. Qui putant scriptum Nahumi uel ideo non  
multum priuatis hominibus, aut modicā plebeculam  
tractantibus conducere, quod contra summum totius  
orbis imperium tendat, cogitent contra Niniuen ser-  
monem esse, quæ in euangelicam historiam introdu-  
cta est, ut documentū præbeat poenitendi. Par est igi-  
tur in illa intueri etiā, qui sit exitus ad uomitū & pri-

## BIBLIANDRI

stina scelerare deuntium. Cogitent hodie quoque magna imperia existere, quorū fatum ex antiquis operibus Dei præsumere maximum sit operæ preclum. Cogitent scripturam Dei omnibus conditionibus hominum esse accommodatam, sicut apud authorē ipsum nullus est personarum respectus. Dum enim ad heros habetur sermo, simul docentur servi: dum senes docentur, simul erudiūtur iuuenes: simul docentur pauperes & diuites, uiri & foeminae, parentes & liberi, magistratus & priuati, potentissimi & infimae sortis homines. Tam pertinent enim ad priuatos quam ad summos monarchas, quæ pronunciata sunt de adulterio Dauidis, de latrocincio Achab, de impietate atq; fastu Senacherib. Postremo sunt nonnulli, qui minoris faciant Nahum, quia in ordine duodecim prophetarū collocatus est à maioribus nostris, qui minores appellantur. Et quidam peritiores etiam putant ob argumenti mediocritatem atque tenuitatem phraseos, obq; leuiores motus flaminis illud cognomentum sortitos. Quos logissime falli res ipsa declarat, quandoquidem sunt eiusdē Dei oratores, eodē spiritu prædicti, eademq; dexteritate animorū: pertulerūt cōsimilia mandata diuersis hominum generibus. Nam si expendantur, quæ Abdias differit de interitu Idumeæ getis, quæ Ioël de calamitate Iudæis impendente, simulq; de Israëlis restitutione, quæq; Oseas, Amos, Micheas, in Marijs

Variss sermonibus, apparebit tanta eloquij maiestas,  
ut cum maioribus illis de bene dicendi palma certare  
uideantur. Et certe honestum atq; pium studium ame-  
landi arguunt inter ipsos ultro citroq; mutuatauer-  
ba, & sententiae nec non figure multiplices. Proinde  
non aliam ob causam id cognominis inditū putare fas  
est, quam ob modum opusculorū, quippe quæ coniun-  
cti in unū uolumen ne separata interirent, uix unius  
Esaie, uel Ieremiæ, uel Ezechielis librum æquent sua  
magnitudine. Quum enim constet ex historia sacra  
plurimos fuisse prophetas in Israëlitico populo, pro-  
curauit sapiëtia Dei, quædā monimēta clarissimorum  
eius gentis oratorū peruenire ad posteritatis cogni-  
tionem, quæ longo interuallo superant graui & ma-  
sculo uel potius cœlesti condita stylo, Græcorum rhe-  
torū effusas & perductrices orationes. Ex quibus di-  
uinis operibus liquido perdiscitur, quæ fuerit discipli-  
na pietatis ab Helia usq; ad tēpora saluatoris, quæ ma-  
teria, nimirum in charitate Dei & proximi compre-  
hensa, quæ ratio & modus tractandi, ut omnis poste-  
ritas abunde habeat exemplorū docendæ pietatis &  
administrandæ religionis. Amplectamur igitur graz-  
tis animis, quod senatus trinæ maiestatis decreuit ad  
nostrā peruenire memoriā, unde homo Dei absolute  
potest erudiri ad omne opus bonum, & de uolūtate  
humannis æternū ad plenū certior fieri, quatenus uitæ

## BIBLIANDRI

beatæ refert. Non præbeamus aures mali genij suggeſtionebus, qui uarijs technis conatur diuina scripta eleuare. Teneamus semper in promptu uerbū Paulinum, omnia scripta esse ad nostram eruditionem, in quos fines sæculorum, hoc est, Iliades malorum deuenerūt. Ita reperiemus sanctissimum uatem Nahum saluberrima doctrina refertū esse, nostrisq; tēporibus accōmodissimū. Denūciat enim cœu pater patratus bellum nomine superne maiestatis urbi Niniuiticæ totius mūdi facile principi, nec solum Aſyriorum metropoli, sed etiā omnibus regnis, ciuitatibus, & priuatib⁹ hominibus, qui similibus iniurijs populū Dei afficiunt, & idolorū cultu, perfidia, immanitate, faſtu, luxuria, rapinis, cædibus uindicem Deū in ſe prouocant. Interim diſputat de uniuersa natura Dei erga homines impios & tyrannicos, qui testatū atq; denunciatum hostem habent totius mūdi gubernatōrē: rursum qualis Deus fit erga pios & humiles, qui uindicem habent Deum & propugnatorem. An non hic sermo belle compoſitus est ad terrēdos prauos metu poenarum, qui ſeruili prædicti animo non proli cuntur ad officium ſuum be neficijs patris cœleſtis? An non hæc plurimum habent efficaciam ad conſolandos probos, qui tyrannide maiorum premuntur, dum audiunt ſe habere uindicem Deum iuxta clementissimum ex iustissimum, qui temporibus præfinitis ab infallibili sapientia ſuis preſto adſut

ad sit? Vnde merito et fato quodam accepit consolatōris nomen. Ceterū si quis hoc parum existimet, per formulas anagogę et allegorię scriptum hoc extenderē poterit ad tempus expeditionis totius mundi, ut Tertulliani utar uerbo, adq; impetus et dolos hereticiorum, nō absurdam habens hinc occasiōne de utroq; copiosissime differendi. Quę propius ad authorem hunc diuinum pertinet, eiusq; orationem luculentissimam, in explicatione tituli dicam, quoniam p̄fatio trahente rerum contextu, scriptum interpretandum magnitudine iam superat.

## TITVLVS ORATIONIS NAHVMI.



Mnes prophetarum sermones titulum p̄fixum obtinent excepto Ionae scripto, quod in nullo genere diuinarū causarum uersans, uerum gestam rem com memorans, si quis de historia quapiam sacra decerp̄tum suspicetur, non impie nec absurde iudicabit. Hos titulos Esdras ne legis diuinæ peritissimus p̄tulerit, ut etiam quidam ex Iudeis putant, an ipsi ad hunc modum sermones suos inscriperint, incertum est. Summopere uero conducit eos cognoscere tanquam classem qua arcana haec scripta recluduntur. Nam ipsos

## EXPOSITIO

produnt authores, argumentum plerung; indicant,  
tempora etiam quibus orationes dictæ sunt fermé an  
notant, que nouisse plurimum confert ad exactiorem  
cognitionem. Nunc præsentis duntaxat orationis ina  
scriptionem singularem et insolitam expendemus.  
Inscribitur enim Hebraica uoce נַשְׁׁא massā, quam  
LXX plerung; interpretati sunt susceptionem siue  
onus. Aquila et quidā alijs tum ὄσσα μ. Visum, tum  
προφτεία μ. Hieronymus etiā causam uocis reddit  
bisce uerbis: Graue onus ponitur, quod eam aduersus  
quam uidetur, premat, nec sinat eleuare ceruicem. Est  
autem uox massa deducta ex uerbo נַשְׁׁא nasa, quod  
frequentius ferre significat: nomen autem designat  
metaphoricōs triste fatum atq; infaustū uaticinium.  
Cui rei magis, ut opinor, quadrarēt Græca uocabula  
τὸ βάρος, aut τὸ φέρον. Cæterū massa portendere  
minax et graue uaticinum indicant orationes Esaie  
prænunciantes dira Babylonijs, Syris, Idumais, Aegy  
ptijs et alijs: scommata etiam turbæ impiæ in Ieremi  
am, Vbi onus domini? Ad hæc Hieronymus in cōmen  
tarijs, quos ad Abacuk fecit, ita scribit: Massa nunquā  
præfertur in titulo, nisi cum graue et ponderis labo  
risq; plenum est, quod uidetur. Onus autem Ninive  
inscribitur, hoc est, tristia et acerba fata complectēs  
urbis Ninives, de qua inferius. Inscribitur etiā præter  
morem aliorū liber uisionis Nahum Elcesei, nimirum  
quia

quia hæc nō sunt uoce pronūciata illis, ad quos præcipue spectarunt, sed literis ab authore concredita, ut mitterentur in Aßyrios. Quemadmodum et inter remiæ orationes exemplum epistolæ ponitur, quam Iere. 9. ad captiuos Iudeos in Babyloniā transmisit. Visionis liber dicitur, siue libellus cōtemplationis, quod perinde ualeat, atq; libellus perspectiuus et propheticus arcana Dei consilia complectens super Aßyriorum urbe, que Nahumō inspiciēda subiecit, ut mortalibus in tempore proderet. Nihil enim rerum dominus gerit, quas non prius aperiat seruis suis prophetis, ut Amos testatur tertio capite. Quemadmodū ergo uidentes olim dicti sunt, quos posterior ætas appellauit prophetas, ut primo libro Samuelis 9 capite proditū est, ita opus illorū uisio nominatur. Quantum etiam ad uerborum attinet proprietatem, **חַנָּה**, licet interdum ab authoribus usurpetur pro cernere oculis, relictus tamen significat acie mentis contemplari abstrusa et interdum locis atq; temporibus remota. **חַנָּה** uero et **הַבְּרִית** oculorū sensu percipere significant frequentius. Hinc nomē uerbale deflectitur **חַנְוֹן** Hasōn, quod rectius in ὁραματισμός, ut Aquila interpretatus est in prophetia Abacul, uerbitur, quām in ὁρασίς uisio, ut LXX ferme reddiderūt. Nam hæc forma deductiorum per **חַנָּה** adsumptam syllabā frequentius significat rem et effictum,

## EXPOSITIO

uti uerbalia Gr̄ecorū in μ. &c, quām actionem uti uerbalia Gr̄ecorum in ιε & Latinorum in io. Porrò Elcosi Iudæorum aliqui putat familiam aut patrem aut certe progenitores huius prophetæ attingere. Quām opinionē ut Elcos putaretur Nahumi pater, isq; propheta, etiam suis temporibus inter Iudæos receptam fuisse D. Hieronymus testis est. Idem etiam refellit dicens à natali solo id agnominis inditum. Esse nanque uiculum parvum in Galilea nomine Elcos, & uix ruris ueterum & dñiorum uestigia indicantem. Hieronymo suffragatur Hebraicæ lingue consuetudo non temere à parentibus gentile seu patronymicum deflectens per iod in fine adsutum. Loquitur enim per nomen ben, quod filiū significat, ut Salomon filius David: aut nomine intellecto extrinsecus, Salomon David. Qui mos loquendi Gr̄eco sermoni familiariter consueuit, ut dicatur, ἴωνος ἀλφαῖς, pro Iacobus Alphæi filius. Nunc de urbe contra quam sermo est, deq; authore singulatim explicandum uidetur.

**De Nini** De urbe Nini, cuius mores fortunam & occasum uaticinio suo Nahum persequitur, uaria & pugnantia scripta reliquerūt etiā clarissimi nominis autores, ut mibi otio consulenti atq; existimationi expeditissimum fuerit, eam rem silētio inuoluere. Est enim perdifficile pugnates authorū sententiā cōponere, atq; in tanta uictestate uerū constituere. Hoc autē moris est quibusdā scripsit.

Scriptoribus, ut quoties nodus inextricabilis incidit, figura in tempore succurrēti à se reiſciāt. Verum qui atque hoc scriptū sine ista narratione mancum futurū est, magis industriæ studiosorū quam mibi consulēs de urbe Niniue huc apponam, quod uerissimū uidebitur ad præsens institutum seruiens. Plura qui nosſe cūpit, authores habet minime mutos, Herodotū, Diодорū, et alios. Niniue igitur, quæ scriptoribus ethnicis appellatur Ninus, plerique tradunt conditam à Nino in loco Mesopotamiae Aturia ad ripam fluminis Euphratis, aut Tigridis potius. Fuit is Ninus maior Beli filius, qui temporibus Abrahæ uixit, ac apud Aſſyrios diuinitatis nomen et templi meritus est sicut et pater Belus. De cuius idolo quoque nobilissima tragœdia imperfecti à Daniele draconis orta est. Mihi nomen Niniue Hebraicam etymologiam potius referre uidetur significans amœnam et speciosam, et non à Nino impositum. Constructam ab Assur ē Nimrodi regno Babylonie profecto Geneseos historia testatur decimo capite. Præterea sitam prope flumina, uel noster uates satis indicabit. Fertur ad huius amplissimæ urbis subtractionem ex tota Asia populum coactum, et ingens opus aliquot annorū ſpatio perfectū. Areans nanque complexam ſupra CCCC stadia, quæ faciūt Germaniæ miliaria uel rastas, ut antiquatum nomen renouemus, circiter XIIII. Quod maiorem fidem

## EXPOSITIO

inuenit ex historia Ione ante Nahumum cōtra illam  
urbem uaticinati. Vbi traditur magna urbs Niniue iti  
nere trium dierū, in quam iter unius diei progressus  
Iona cœpit demum præconium facere. Ad hæc refer  
tur habuisse hominū plusquām cētēna uicēna millia,  
qui nō discriminē nouerint inter dextrā & sinistrā,  
hoc est, qui non habuerint usum rationis. Huius urbis  
muri, si credimus historijs, habuerūt altitudinem C.  
pedum, crāſitudinem tantam, ut terni currus per  
eum iuxta incederent. In cuius ambitu fuerunt dispo  
ſitæ mille ac quingentæ turres. Certe munitissimam  
fuisse Nahumus quoque haud obscure indicat. Huius  
rex primarius Nenius testimonio scriptorum uicinsh  
gentes subegit, necnon remota loca suis armis infesta  
uit, alios populos artibus sibi reddens obnoxios: quo  
tempore vexores Aegypti rex eadem infectus ambi  
tione bonā orbis partem inferendis bellis diuexauit.  
Retulerunt autem Assyrii hoc proposito suum paren  
tem Nimrod, qui primus inter homines dominatū sibi  
constituit, atque communem sortem pertæsus alijs im  
perare uoluit. Porrò imperiū sic à Nino auctum, se  
quentium regum uirtute uel potius ferocia in tantum  
adoleuit, ut uniuersum prope orientem in suam dia  
tionem redegerit, durans per annos mille ac quadri  
gentos successione regum XXXVI à Nino usq;  
ad Sardanapalum, qui ultimus in urbe Niniue summa  
potestatem

Potestatem habuit. Alij contrahunt hunc annorum  
& regum numerum. Sed consideranti s̄eculorum  
seriem ex diuinis historijs apparebit iste modus non  
ultra ueri fidem, siquidem numerus maior annorum  
eucurrit ab Assur, qui gentis Aßyriæ conditor per=  
hibetur longo tempore ante Abrahamum natum, us=que ad tempora Oziæ, quibus Niniue quibusdā desolata uidetur, ut mox dicemus. Cæterum hoc regnum  
multis gentibus infestum & longo tempore iniurijs  
nobilissimum, præcipua immanitate usum est in Israë  
litas. Pertulit enim diutius hunc iniquissimum domi= natum iustitia diuina, utens illo ceu ferula, qua castigaret omnes nationes ab officio recedentes. Vnde festiu licet in re tristi Esaias appellat Assur uirgam dominici furoris. Præterea de legit sibi urbem istam numen supernum, in qua patientiam suam perferendis mortalium uitij declararet, simulq; in atroci exitu formidolosam iustitiam & seueritatem. Etenim quum præter idolorū cultum & impietatem apud gentem Aßyriam inualisset superbia, libido, auaritia, iniustitia, perfidia, crudelitas, instigauit pater cœlestis usque salutem quærens mortalium ionam prophetæ dotibus insigniter præditum, qui denunciaret eis interitum intra diem quadragesimum ad fore, nisi sclera intolleranda & profligatissimā uitam in melius comutent. Cui uiro diuinam sententiam promulganti

## EXPOSITIO

promptissime crediderunt, atq; uitam ab omni parte correxerunt insigne constituentes exemplum creditatis erga Deū, et simul gratiæ diuinæ, quæ ex animo poenitentibus obuiam occurrit. Affixerunt enim corpora ieunijs et alijs durissimis operibus, subducentes infantibus quoque et brutis animantibus consuetum cibum, ut omnibus ætatibus testata foret operosa mentis poenitendo, non superficiaria, qua nō modo ad speciem sanctioris uitæ pertracti fuerant, sed ex animo dolebat offendisse delictis Deum pariter benignum et iustum. Präfixerat etiam Deus disertis uerbis quadragesimum diem, ad quem essent periturae, si perditā istam uitam uiuere pergerent, ut iterum conspicuum esset posteris, ea mutatione ingenij et morum presentem illos interitum declinasse, atque numinis iram procurasse. Tametsi non ignoro maximos theologos tradere istā subuersionē teclis uerbis interminatam, ut subindicaretur, eximie insigniterque mores tam publicos quam priuatos in ea urbe mutantos. Atque illa in Assyriorum metropoli gesta sunt, quo tempore Ieroboam filius Ioe regnū X tribuum administravit, Ozias uero regnum Iuda, qui et res præclaras gesserunt contra gentes inimicas excitati sermonibus eiusdem Ionæ, qui non sole Ninivitiae ubi, uerum etiam alijs populis uastationē comminatus est. Fuit is Ionas filius Amithai natus in Geth Hepher,

cuius

cuius mētio fit in rebus Ieroboami IIII libro Regum  
 XIIII capite. Haud scio an tunc temporis imperio  
 Aßyriorum præfuerit Phul cognomēto Belochus, an  
 proximus ante illum rex, quando ita mutati sunt. Ve  
 rum illa uitæ commutatæ sanctimonia non diu stetit  
 in Niniue, ut in peiorē partem fermē status morta-  
 lium propensior est, facileq; ad pristina scelera re-  
 tro sublapsi sunt, rursum exemplū condentes eorum,  
 qui ad intermissam redeunt maliciā. Phul enim quem  
 suspicor regno præfuisse Aßyrio, quando Ionas con-  
 cionaretur, & sequētes reges, aut partim regū summi  
 duces, ut quibusdam placet, Theglatphalasar, Salma-  
 nasar, Sargon, Senacherib grauiſſimis & multis bel-  
 lis Iudeos attriuerunt per aliquot annos, primum oc-  
 cupantes ultra iordanam Iudeorum terram, mox &  
 reliquas de XII tribubus sua sede pellentes nouos co-  
 lonos imposuerunt sexto anno Ezechiae regis Iudei.  
 A quo tempore apparet Deum iterum Niniuitas mo-  
 nuisse, ut resipiscerent, atque à tantis uitijs abstine-  
 rent, alioquin actum esse de toto illorū imperio. Sed  
 surdis Nahumus occinebat impendentem perniciem.  
 Anno siquidem Ezechiae XIIII Senacherib uir ad  
 prodigium iactabundus & impius bellum intulit Iu-  
 deis nulla prouocatus iniuria, quæ iusti belli occa-  
 sionem præbuuisse uideatur. Niſi quis irritatū esse ues-  
 lit sermonibus Nahumi & fortasse aliorum propheta-

## EXPOSITIO

tarum populi Iudaici, qui afflatu & impulsu numinis  
in Assyriorum mores imueti sunt, grauesq; casus in-  
terminati sunt. Senacherib igitur ingentē exercitum  
in Iudeā dicens omnia latissime uastauit flamma &  
ferro usq; ad moenia Hierusalē, de qua capienda nihil  
dubitabat, quum nihil eius impetum sustineret, ac nu-  
per maximas copias Aethiopum & Aegyptiorum,  
qui Iudeis suppetias ueniebant, profligasset. Sed cu-  
piens integrā urbem Hierusalem, quæ colonie sue  
caput foret, hortatur oppidanos per legatum Rabsa-  
cem, uti faciant deditioñem, superbissimis interim uo-  
cibus Ezechiae & omnium piorum animos afflictas,  
horrenda probra in diuinitatē eiaculans, & epistolā  
plenas blasphemiarum. Verum illud non impune la-  
tum est. Nam ante moenia Hierusalē, qua nocte præsu-  
mebatur in posterū diem certissima urbis expugna-  
tio, in castris Assyriis citra opem humanam extincta  
sunt centena octogintaquinq; millia hominum. Ipse  
rex cum paucis fugae comitibus, quorū numerū puer  
notare posset iuxta prædictionē Esaiæ, Niniuen per-  
uenit, atq; in tēplo Dei sui Nesrach à filijs suis Adra-  
melech & Sarasar confossus est. Qui fugientes in Ar-  
meniam regiam dignitatem fratri Asaraddoni reli-  
querunt. Ab eo tempore Niniuitarum res in diuinis  
scripturis non celebrātur sed Babyloniorū, ut omni-  
no appareat ex illa insolita & dira clade concussum  
regnum

regnum Assyrium, ut dilaberetur, omnibus populis  
ad res nouas & libertatem intentis ex ista tyrannide.  
Mox Babylonij qui sub Assyriorum potestate uel  
prefecto regebantur, uel potius regia dignitate prae-  
dicto, caput erexerunt constituentes sibi monarchiam  
Assyria haud inferiorem. Eius caput fuit urbs ampli-  
sima & secunda post Niniuen Babylon, quam Nim-  
rod nepos Chami condidit, Semiramis autem uxor Ni-  
ni plurimum roboris & ornamenti adiecit. Nam stan-  
tim post cladem Assyriam in Iudea, quum Ezechias  
& grauiissima infirmitate cōualuisseſſet, Baladan Merodach  
filius Baladan rex Babylonis misit legatos cum  
muneribus gratulatum Ezechiae, & ambitum illius  
amicitiam, qui & honorificam fecere mentionē pro-  
digij, quod Deus Israēlis recens exhibuerat. Ad hæc  
Manasses, qui post XV annum imperfecti Senache-  
rib Ezechiae patri successit in regno Iudaico, traditur  
in historia regum Israēliticorum Babylonem ductus,  
quem Assyrij exercitus ductores ceperant. Iosephus  
Iudaicarum rerum scriptor celeberrimus diserte scri-  
bit, Manassen filium Ezechiae superatum à rege Ba-  
bylonio, qui iam tunc Assyrias copias sub manu sua  
habuit Nino adhuc stante. De huius urbis occasu etiā  
non per omnia cōuenit inter authores. Nostri qui tem-  
porum seriem adnotarunt, referunt obitum Niniues  
in tempora quibus regnauit Ozias in Hierusalem,

## EXPOSITIO

Ieroboam filius Iosias in Samaria, de quibus ante mea  
mini. Sed illos erroris diuina uolumina redargunt,  
ex quibus colligitur anno XIIIII Ezechiae, id est,  
XLVI post mortem Oziae Senacherib intersectum  
a filiis in urbe Niniue. Oportet igitur post mortem  
Oziae & filij eius loatham ac nepotis Achaz Nini-  
uen corruisse, immo uero post XIIIII annum regnau-  
tis Ezechiae, qui patri Achaz successit. Libellus quo-  
que Tobiae licet Apocryphus seniora tempora indica-  
cat. Iudei notarunt in suis chronicis Nabuchodonosor  
primo anno cepisse Ninum, altero Ioachimum regen-  
tium Iudeorum. Quod magistros Iudeorum non recte pu-  
tasse indicat lectio Ieremiae atque sacre historiae.  
Lectum siquidem est, quarto anno Ioachimi Nabu-  
chodonosor creatum regem Babyloniorum, qui se-  
quenti tempore leuioribus bellis tentauit Iudeos, &  
septimo demum anno regni sui, qui fuit undecimus  
Ioachimi, regem illum cum matre, principibus, arti-  
cibus, & sacris uasis Babylonem transtulit. Proin appa-  
ret Niniuen euersam regnare Iosia, qui post Manas-  
sen filium Ezechiae & eius nepotem Amon regnauit.  
Cui sententiae suffragatur Iosephus libro nono anti-  
quitatum, capite XII scribens Nabum prophe-  
taesse temporibus Oziae, que acciderint Niniuitis post  
annos CXXV. Graeci scriptores tradunt nouissimum  
regem Assyriorum fuisse Tonoscon, quem & Sarda  
napalum

napalum uocant turpisimam belluam nomine atque  
 moribus. Eius domestica probra & molliciem plus  
 quam muliebrem quam deprehendisset Arbaces, uel  
 ut alij uocant Artabius, qui Medicum præsidium du-  
 abat ad defensionē urbis regiæ, in Medos regressus  
 post peractas uices omnia popularibus prodidit. Ver-  
 ba etiam addidit desertionem suadentia, & perfecit  
 ut uellent se armis ab intolerando effeminati regis  
 dominatu afferere. Ad eiusdem belli societatem attra-  
 gus est Belosus, uel ut alij uocat Belochus Babylonis  
 præfctus. Hi iunctis copijs regem adorti sunt, & post  
 uariam præliorum fortunam compulerunt intra mœ-  
 nia, biennioq; urbem obsederunt uix ope humana  
 expugnabilem, atque tunc rebus necessarijs affatim  
 instructam. Cæterum fluuius qui urbem interfluebat,  
 ultra solitum modū inundans muros ad XX stadia  
 subuertit. Hac re accepta Sardanapalus intellexit ex-  
 tremū fatum adesse, quamobrem nulla re per omnem  
 uitam uiriliter acta, statuit fortiter occumbere, ac in  
 urbe maximo rogo extucto, se cū rebus hominibusq; Contraſa  
 charissimis in eum coniecit. Mox ingressus est exerci-  
 tus hostilis, & in reliquum populum post fugam &<sup>referuntur</sup> Athenei  
<sup>lib. 12.</sup> voluntariam mortem pro more militari sœvitum est.  
 Vrbs breui tempore ad solū diruta, & quod alicuius  
 precij fuit, Babylonem translatū est. Ab eo tempore  
 sunt qui tradant in Asia interregnū suisſe, ut quæq;

## EXPOSITIO

civitas uteretur suo iure. Alij mox regnum ad Medos  
translatū adstruunt, rerum summa Cyaraxi uiro ex-  
ploratæ fidei et dexteritatis commissa. Ego nec in  
Herodoti uerba iuratus, nec in alterius cuiusquam ho-  
minis, diligentius ad authenticæ scriptæ ueteris instru-  
menti respiciens animaduerto Niniuen temporibus  
Iosiae subuersam, non à Nabuchodonosor illo, qui Ga-  
zam, Tyrum, Hierusalē, Aegyptumq; infestauit atq;  
subegit, sed ab illo Babyloniorū rege, qui eum pre-  
cessit, siue is pater Nabuchodonosor fuit, ut Iosephus  
tradit, siue alius quissipiam. Inde regnū translatum est  
in urbem à cōdito mundo nobilissimam Babylonem,  
quod durauit post subuersam Ninum annis minium  
**LXXX.** Habuitq; reges celebriores temporibus  
quidem Ezechiae Baladan Merodach filium Baladan  
maioris, quando regnum Assyrium diuina manu im-  
pulsum est prostrato maximo exercitu et rege Sena-  
cherib. Ei successit necessario aliis quam Nabuchodo-  
nosor ille præclaris facinoribus famosissimus, qui  
Esaiæ, Ieremiæ, Ezechieli et alijs prophetis, quorum  
scripta supersunt, uberem dicēdi materiam præbuit.  
Iosephus tradit Nabuchodonosor maiore ante filium  
imperitasse, post cuius filiū cognominem Nabuchodo-  
nosor statuit Amilmathapacū, Egressarium, Labosor  
darchum atq; Balthasarem, qui alio nomine Naboan  
dicatur, fortasse quia in orationibus Esaiæ dicitur: Ce-  
cidit

cidit Bel, destructus est Nabo. Danielis diuina scripta mentionē faciunt Euilmerodach & Balthasaris post Nabuchodonosor. Quae discutere altius aliis operis est. Cæterū tēporibus Oziae regis Iudæi & Ieroboam Israëlitici probabile est monarchiam Assyriam intēstino motu cōuulsam & bipertitā, ut Medorū summa fuerit deinde potentia & Assyriorū, quibus successit Babylonica monarchia usq; in tempora Cyri Persæ, qui ut est apud Danielē, tribus bolis absorptis tria potissima regna, Medicum, Babylonicum, Persicum, in unū corpus rededit. Hæc de Niniue prolixius sum exēcutus, quoniā historia cōfusa est atq; uariāte sermone authorū implicita, cæterū ad cognitionē uatis Nahumi pernecessaria. Nūc de ipso authore dicēdū, de quo paucam memorię prodita sunt, nec illa inter se cōsona.

Epiphanius qui uitas prophetarū stylo Græco de scripsit, Nahumum refert natum in Elcesei ultra Iordanem in Begabar de tribu Symeonis, mortuumq; in pace, atq; in patria Begabar sepultum. Reliqua sunt ita fabulosa, ut pīgeat meminisse, sicut etiam totus liber neutquam redolet Epiphanios à diuo Hieronymo celebratos. Rabi Salomon secutus Ionathan Chaldeum, asserit hanc esse prophetā Ione filij Amithai de familia Elcos, ut Nahum sit appellatiuum consolationis significatum gerens. Idem se mox impugnat dicens contra Senacherib prophetasse, quum regnaret

Dan. 7.

## EXPOSITIO

Manasses in Iudea. Chronica Hebræorum, quæ uocat  
scđer olam, id est, mundi seriem, annotant Iocel, Na-  
hum, & Abacuł sub Manasse cōcionatos, cuius ideo  
non mentio fiat in titulis, quod regiam dignitatē non  
seruauerit. Quod de Nahum & Iocel falso est, de  
Habacuł nihil absurdī refertur. Abrahā Aben Ezra  
modestius, ut solet, loquitur ignorari etatē huius pro-  
phetæ, ceterum appellationem Elcosi, uel à familia,  
uel à parēte, uel ab aliquo ex progenitoribus inditam  
esse. Vaticinatum uero de ruina Niniues per Nabu-  
chodonosor euertēde. Iosephus putat regnante Ozia  
prophetasse, sed falso, quemadmodū & prophetiam  
exponendo lepide nugatur. Diuus Augustinus libro  
decimo sexto de Ciuitate Dei, ait etiam ignorari tem-  
pora huius prophetæ, vaticinatum uero quædā haud  
obscure de Christi temporibus, uelut abolitionem  
idolorum. Hieronymus unus refellit omniū hactenus  
recitatas opiniones hisce uerbis: Iuxta LXX post  
Ionam ponitur Nahum, quia utrig; de Niniue Assy-  
riorum metropoli, quæ nunc uocatur Ninus, texunt  
vaticinium. Iam decem tribus deductæ fuerant in ca-  
piuitatem sub Ezechia, sub quo etiam in consolatio-  
nem populi transmigrati aduersum Niniuen iusio cer-  
nitur. Nec erat parua consolatio tam ijs qui iam in  
Assyrijs seruiebant, quam reliquis de tribu Iuda &  
Beniamin, qui ab ijsdem hostibus obsidebantur, ut au-  
diren

dirent Assyrios quoque à Chaldaeis capiendos. Hec Hieronymus. Porro qui Nahumi parentes fuerint, & an sub Ezechia prophetarū Næcœnate uita sit defunctus, an à parricida Manasse peremptus, haud nostra interest. Satis autem liquet uel ipsam orationem ex-pendentibus hæc scripta esse postquam Salmanasar decem tribus Israëlis in seruitutem abduxerat, ac ante quā Senacherib interficeretur, hoc est, intra sextū & decimumquartū annum Ezechiæ. In qua oratione inuenitus est in Assyriorum tyrannidem, si qua ratione possent ab immanitate deduci, atque captiuis Iudeis mitiores reddi. Simul Iudeis consolatorius est audentibus iram Dei mox transferendam à suo capite ad capitales suos hostes. Quemadmodum & Abdias præcinens Idumæis interitū, Iudeis interim lata nuntiat, quibus hostium suorum excidio felicior conditio erat obuentura. Nec dubium est plura uerba fecisse Nahumum in populo Iudaico de pietate, sed hæc tantum posteritati conuenire sapientia diuina arbitrata est. Ita & aliorum prophetarum sermonibus uel ex toto uel ex parte sublati tantū accepimus, quantum abunde satis est ad testandum, quæ fuerit olim de Iesu Christo saluatore doctrina, quæ ratio interpretandi legē, quæ disciplina pietatis, quæ institutio adipiscendi uitam beatam. Oratio ipsa Nahumi ostendit ingenium politum, peccatus ardens pietate, præterea non

## EXPOSITIO

wulgarem eruditionem & eloquentiam. Est autem persimilis tabularum foecialium, quibus bellum indicatur. Primo enim propheta noster ostendit, qualis & quantus sit, qui bellum est illatus. Deinde consilium infestandi Assyriam aperit: Tum iniurias & causas indicat ob quas armis petantur. Modus denique belli gerendi renunciatur, nempe quod Deus illos persecuturus sit ferro, flammaq; & direptionibus. Ceterum quantum habeat emolumenti praesens oratio, iam deinceps consideremus adspirante gratia domini.

## CAPUT PRIMUM.

**S**ine proemio & narratione sermo absolvitur, ut inuenitiua & hostilis admonitio. Et primo describitur more humano Deus, qui bellum gesturus est cum Assyriorum potentissimo tyranno. Commemorantur eius uirtutes, potentia, & opera. Describitur illius habitus erga omnes impios, & spreto numine immaniter contra proximum suum delinquentes, rursumq; animi propensio in pios & eius opem toto peccatore implorates. Ita & principes temporarij titulu suum preponunt: Iustianus Cæsar, Augustus, Vandali cus, Gothicus, Germanicus, cum ceteris deuictarum gentium nominibus, ut terror hostibus incutiatur. Eam Dei prosopographiā, ut ita dicā, sigillatim consideremus, quoniam paucissimis uerbis demonstrat amplissimā atq; tremenda summi gubernatoris maiestatem.

Deus

Deus æmulator, Hebraicæ linguae uocabula  
 plus uiriū in se cōpletuntur, q̄ sit ab interpretibus  
 redditū. Vox enim **לְהִ** El quæ hic in Deus uersa est,  
 Potentem quoq; ac robustū significat, ut qui cōficere  
 posse, quæcunq; uoluit: quū gentiū dī factitij ne mo-  
 tum quidē in se contineant, quale indidit Deus ille for-  
 tis & omniū opifex uel contemptissimis animalculis.  
 Ita psalmo centesimo decimotertio David opponit  
 unicum & uerum Deum idolis gentilium. Et paſſim  
 scripturæ sanctæ pectoribus humanis idipsum incul-  
 cant. Quod ubi conceptum est bona fide, iacta sunt  
 fundamenta solidæ pietatis. Citra illam persuasionē  
 uacillabunt mentes, & leui momento huic illucq; im-  
 pellentur. Ceterum **καὶ** Kanno, quod Latina inter-  
 pretatio expressit æmulator, Græci plerisq; in locis  
 reddiderunt **Ἄλωτης**: quod aliquibus locis probe  
 quadrat, non autē omnibus. Significat autem nō igna-  
 num & torpentem ac stipiti ſimilem eſſe Deum, qui  
 nec suis contumelijs nec suorum iniurijs commouea-  
 tur: sed eſſe Deum, qui ferat indigne hominum flagi-  
 tia, quippe qui Deus fit faciens iudicium, iustitiam,  
 & misericordiam, & his artibus atque studijs unice  
 delectans inter homines, rursum Deus existens qui  
 prorsum nolit iniquitatem. Talem se quoque profite-  
 tur in promulgatione legis Exodi XX. nempe Deū  
 zeloten & perſequentem iniurias in tertia & quar-

## EXPOSITIO

tan generationē, si pergent homines in eum hostilia  
perpetrare. Contra illam professionē stolidā carō sibi  
fingit ficalneum Deum et ab omni sensu iracundia  
absolutum, qui sua inestimabili felicitate contentus  
minimum curet mortalia negotia, qui non indignetur  
peccātibus, sed ludos et nugas pueriles reputet, quod  
homines in legem diuinam committunt. In tantum ue  
ro sibi delinquentibus blandiuntur securi iudiciorum  
Dei, ut in grauiſſimis etiam delictis heroicū illud can  
tilent: Scilicet is superum labor est. Inuētus est etiam  
Epicurus homo sapiens, si dijs placet, qui stultam opi  
nionem esse disputauit, si existiment homines, deoſ  
immortales terrena curare negotia, qui ab omni ſo  
licitudine atque cura soluti oblectent ſe conuiuijs, io  
cis, confabulationibus iucundis, et omni genere volu  
ptatum. Talem finixerunt etiam hæreses absurdissi  
mae, quæ olim eccleſiam Christi concuſſerunt, et no  
stro ſeculo ab inferis excitatae ſunt, quemadmodum  
etiam totū armariū ſuum profert ſathanas euangelio  
renascente atq; ſcholam uniuersalem hærefeon ape  
rit. Illa enim Marcionica et diabolica non Origenica  
turbatetris libidinibus fomenta parans et puluilloſ  
consuens ſub omni axilla, grauiter diſputat, nequa  
quam in Deum competere iram et ullam inclemētię  
ſpeciem, qui totus est ipsa bonitas, ut etiam malos ſpi  
ritus et perditissimos homines ſaluatoris ſit. Has pra  
udis

Nas & sacrilegas cogitationes à se repudiat Deus no  
 ster uno uerbo, quo se profitetur קָנֹן Kanno,  
 quod rectius fortasse uerteretur in υεμεστής &  
 indignabundus, quam quod maiores nostri sunt in=  
 terpretati, ζηλωτής & emulator. Germanis signifi  
 cat, das Gott ein Ding müsse/vnnd nim sich  
 eins Dings an. Non quod Deus sit morosus, aut mu  
 tetur, semperq; nouum habitum sumat in tanta rerū  
 humanarū uarietate, sed quod humanis uerbis suum  
 ingenium prodat, esse mortalium facta quæ probet,  
 quibus delectetur, quæ præmijs & honoribus digna  
 censeat: rursum malefacta improbare, odisse, perse=  
 qui, supplicijs & probro afficere. Quod epitheton  
 Dei mire præsentibus rebus accommodum est, ut pa  
 riter Assyrii terreantur, & Iudei ad miserriman sor  
 tem redacti erigantur in spem meliorem, dum perpen  
 dunt Deum Israëlis non esse alienum ab ira in scele  
 ratos, non dormitantem in ambas aures, non spectan  
 tem æquo animo sui populi detrimentaritu malorum  
 principum: sed totius creature dominum esse, qui sive  
 cötumelias inique ferat, populiq; sui rapiat in se iniur  
 rias iam iam ulturus Israëlitarū calamitates. In quan  
 sentiam multa dicit Zacharias, & præcipue illud  
 egregiu uerbum: Qui uos tetigerit, pupillā oculi sui  
 tetigerit. Ieremias quoq; secundo capite loquens de  
 Iudæis castigandis ob flagitia sua per Chaldaeos ait:

## EXPOSITIO

Sanctus Israël domino, primitiæ frugum eius. Omnes qui deuorat eum, delinquunt: Mala uenient super eos, dicit dominus.

Vicisens. Multi hominum indignantur & succensent tam sua uice quam aliorum, sed non opem ferunt oppressis, nec conantur infringere audaciā maiorū, uel metu periculi, uel animi dissolutione absterriti. Verum Deus indignabundus uindex etiam est suorum, & ultior scelestorum, cognitioni suæ mētis adhibens iustitiae seueritatem.

Dominus. Vocē Hebraicam קָדְשָׁךְ, quam Iudei magis superstitione quam religione proferre nefas putant, ne scribunt quidem extra uolumina sacrosanctæ scripturæ. Cui religioni affines sunt nostri quoque homines Adonai enunciantes, aut aliud quippiā uice nominis maxime diuini. Vetus as non ita abhorruit ab illo nomine proferendo, quod mortalibus numen precepue repräsentat. Quanquam diuus Hieronymus sermē reddit dominus, Græci κύριος. Ego malui Hebrewæ linguae sonum retinere, ac nomen Dei unius uerum & singulare Latina inclinatione paululum transformauī, quod in plerisque proprijs nominibus interpres sibi permiserunt. Non ignoro autem in quas calumnias incurram apud imperitos aut utilitigatores, dum Louis appellationem repono, quasi uelim antiquatas Louis Capitolini adorationes renouare, atque

que per crimen lese maiestatis portentosa gentilium  
deorum nomina uero Deo accommodare. Nō ignoro  
qui sit Iupiter opinione iulgarium & eruditiorum,  
que fuerint gentilium sacra Ioualia, quam grauiter  
etiam uiri docti & sancti ex nostris tribus reprehena-  
derint immortali Deo tribui nomina idolorū. A quo  
blasphemie piaculo Deus me hactenus asseruit, utq;  
in posterū conseruet, effictim opto. Nam quod Iouem  
appellare uolui totius mundi conditorem & modera-  
torem unicum, pietatis stimulo excitatus sum, ut Deo  
nostro uendicarem insignissimum nomen, quod la-  
trunculi aëris & hominum uecordia tribuerunt li-  
gno, lapidi, metallo, picturæ, & omnino ijs, qui non  
sunt Dei. Ex quo perspicuum fiet etiam, nomen ueri  
Dei multo notius fuisse gentibus, quam uidzus litera-  
torum quoque opinetur. Ceterum fuit Hebreis, Græ-  
cis atque Latinis sapientiae seculatoribus plurimus ser-  
mo de nominibus diuinis, ut nō alienum à disputatio-  
nibus theologicis introducere mihi uidear, si hoc Dei  
nomen pro mea facultate atque huius loci opportu-  
nitate explicauero. Nomen igitur Dei maxime diui-  
num & proprium יְהָוָה Hebraei uocant  
separatum atque singulare, quoniam suprema Dei ma-  
iestas id sibi unice reseruarit, alia nomina אֵל El  
Elohim tam hominibus quam idolis mutis  
facile communicans. Græci ob quatuor elementa uo-

## EXPOSITIO

canit τετραγράμματον, alicubi ἀθέσφατον οὐκ  
πόρρητον, hoc est ineffabile. Id ipsum putat pleriq[ue]  
omnes ideo naturae diuinæ propius agnatū, quod con-  
stet literis יהשֵׁה, id est spiritualibus, nimis  
indicans per se spirantem essentiam & omnibus re-  
bus uitales spiritus conferentem. Mihi pensiculatio  
consideranti Hebraicam consuetudinem apparet no-  
men tractum à uerbo substantiuo יהה per iod p[re]a-  
fixum, quare ratione fiunt plurima Iacob, Israël, Isaac,  
Iudas, Jeremias, Iehezel. Et quis enumeraret omnia?  
Significat ergo יהה entem seu existentem suis uia-  
ribus, sine principio, sine fine, in quo etiam sumus, ui-  
nus, & mouemur, ut pie canit Aratus Cilix, & sub-  
scriptorem habet sue terræ hominem Paulum Tarzen-  
sem. Hoc nomen ipse Deus prodit Mosi percontanti,  
quo appelletur uocabulo, uel potius substantie sue  
ratione indicat dicens hoc se nominis habere, יהה  
נָא כִּי אָמַר eram qui eram, uel ut nostri codices  
unlgati habent, sum qui sum, ut est relatum Exodi 3,  
capite. Hunc Deum cœli & terre omnipotentem,  
omniscium, sine causa, & tamen omnium bonorum  
causam, haud dubie agnoscunt summi philosophi τοις  
τοῖς ὄντος differentes. Eundem Græcorum tota natio  
uocauit Ζεὺς νοῦν τὸν, quod ipse propria uirtute ui-  
uens, omnibus uitam conferat. Sic enim teste Iosepho  
historico disserit Aristæas intimus Ptolemæi Phila-  
delphi,

delphi, qui legē iudaicam per LXXII uiros dele-  
xissimos in Græcam linguam transferri curauit. Nam  
quum rex sapiens & Demetrij consilijs prudentissi-  
mis benigne obtemperās ageret cum Iudeis de inter-  
pretandis legibus diuinis, Aristæas ille uir egregius  
suasit populo iudaico libertatem concedi, hoc etiam  
inter alia dicens, colere Iudeos unum Deum, quem &  
Græci uenerentur, appellantes Ιησον, quod omnibus  
uitæ munera conserat. Et Græci quidem suæ lingue  
sonum retinente, imitati sunt rationem nominis. La-  
tini autem ipfissimum Dei nomen receperunt paucu-  
lis uocibus immutatis, ut nominis Latini formā indue-  
ret, sicut in alijs multis euenit. יהוָה nanq; uocibus  
Latinis sonaretur Iehoua, quod & יְהוָה Iehoui scri-  
bitur. Quod si iam exteris literam he, uti fit in Iosa-  
phat, Iosede, Ioachim, Iuda, & alijs non paucis, rur-  
sumq; in fine adiicias literam s, uti fit in Iudas, Esaias,  
Ieremias, & alijs innumeris, prodibit ex Iehoui no-  
men sanctū uenerabile, augustinusq; Iouis uere opti-  
mi & maximi, sub quo Latini homines & aliae na-  
tiones emule summum deorum coluerunt, non mo-  
do cognitum ex opificio, uerum etiā ex nomine pro-  
prio, quem tamen haud uenerati sunt ut par fuit ma-  
xima ex parte, rationem illius colendi ex modulo in-  
genij humani constituentes. In quo à Iudeis & Chri-  
stianis grauiter plerunq; aberratum est, quando scri-

## EXPOSITIO

pturis diuinis posthabitatis, que uniuersam religionis  
disciplinam solē tradunt, conarentur homines ē suo  
capite decernere cultū numinis. Porro quū in omni-  
bus literarum monumentis uideatur Iouis nomen atq;  
numen inter homines Latinos receptum post matrem  
deorum, cœlum, terram, Saturnum, & illis monstro-  
fiore deos, ut vulgo sunt crediti, non possum aliud  
conieclare, quam temporibus Abrahæ in Latium esse  
importatam cognitionem Iouis, atque cultum. Sunt  
enim authores graues & spectatae fidei, qui tradunt  
Romanos temporibus illis, quibus magna gesserunt  
negotia in Syria ducibus Crasso & Pōpeio, allegasse  
Iudeis fœdus & amicitiam inter maiores suos atque  
Abrahamum gentis Iudaicæ authorem, cuius tabule  
tum etiam superfuerint. Etenim prisci Latini sive à  
Cham progeniti, à quo etiā Aegyptij & Assyrij de-  
scenderunt homines insigniter idololatræ, sive à Ad-  
pheto & Thubal, ut plerique opinantur, ante illud  
tempus præcipua ueneratione obseruarūt Saturnum  
quendam: quicquid enim præstantius & mortalium  
usibus accommodatius intellexerant, pro Deo habe-  
bant. Cæterum peruagante fama Abrahæ totum pro-  
pe orbē, qui felicissime fratrem Loth afferuerat pro-  
fligatis quinq; regibus, in omnibus etiam rebus pro-  
pitium atque præsens numen sentiens, non modo fini-  
timi reges illius societatem expetiuerunt, sed etiam  
gentes

gentes remotæ. Quapropter primi cultores Italiæ à quibus Albanum & Latinum, demumq; Romanum regnum pullularunt, Deum Abrahæ potentissimum discentes primum famæ celebritate mox ex societatis cum Abraham institutæ contractibus cœperūt hunc summum ex unicum Deum sub uero nomine colere, non autem semper legitimo ritu. Et quia iam coepitus erat Iouis colii ante Saturnū, qui hactenus primas obtinuerat, materia iocandi hominibus dicacibus præbita est, ut dicerent Saturnū à Ioue regno pulsum. Quæ iocum posteritas imprudentia & ueteroris spiritus calliditas in fabularum superstitionisq; occasionem peruerterunt. Porro temporibus Mosis Cecrops Iouis culturam ex Aegypto in Græciam intulit. Quod autem non abs re contemnam mythologias gentilium & in hanc sententiam inclinem, adhuc planius ostendit literatorum commenta super Iouis etymo. Dicunt enim Iouem appellari à iuuando, & Iupiter dictum quasi iuuans pater, quum satis liqueat uel lusciosis nominativum Iouis à Ιερονίμῳ Iehoui factum, & Iupiter conflatum ex Iouis & pater, sicut Marspiter atque Diespiter dicuntur. In hoc autem non improbandos censeo, quod Væious dictum putant quasi nocens Iouis, & Dijouis quasi propitius & benefactor Iouis. Quæ differētia summo Deo aptata, proinde ut se placatum aut iratum exhibet, proinde ut beneficia con-

## EXPOSITIO

fert aut supplicia irrogat, nihil impiū continet. Verū si conetur substātiæ discrimen cōstituere, mox proclāmabo conflatā in ludo eodem, quo Manicheus, Marcion, Synerus, Gnostici, & alij hæreticorū docti sunt, ut impijs erroribus in diuinitate pluralitatē cōstituerent, aliud nugantes bonorū principiū, aliud malorū. Hæc libuit breuiter super Iouis nomine annotare spe ranti non solū absoluendū me criminē læsæ diuinitatis apud & quos iudices, uerumetiā laude prosequēdum, quod nomen Dei benedictum ab iniustis posseßoribus eripere atq; pio studio reddere uolui dñō, cui debeatur omnis laus ex gloria in sæcula sæculorum.

Vlciscens dñs, Repetitio hæc grauitatē habet.

Habens furorem. Periphrasim per nomen baal significans præditum, uno uerbo uæhemens significanter exprimi sum opinatus, quod Germanis pollet perinde atq; Hebræis, ein heftig mann/ od/ ein zornig mann. Significat autem non dissolutum in vindicando, sed seuerum & infractum in puniendis ijs, qui clementiam ipsius contempserint.

In hostes suos. Exponit in quos dominus sit plenus irarum, non certe in quos suis peccatores, quum etiam iustus septies in die cadat, sed resurgat Solomoni testimonio proverbiorum capite 24. Ex Ioannis apostoli, qui pronunciat mendacem esse quicunque se neget peccatorem. Rursumq; docet, si prolapsi per carnis

carnis impulsu m reuocemus gradum, habere nos ad vocatum Christum, qui causam nostrā tueatur apud cœlestem patrem. Non ergo Deus citra delectū uæhemens est in miseros mortales, qui de innumeris causis quotidie corruunt, & ut Paulus loquitur præoccipit Pantur, sed in hostes suos, qui aperte sunt impij atq; iudicijs Dei contemptis per omnia scelera grassantur: sed in suos inimicos, qui similitates contra Deum gerunt, ut eius instituta uellent abolita, uellent Deum solio suo deturbatum, uellent sibi commissam uniuersitatis administrationē, licet exquisitā interim præsegerant sanctimoniam. Hoc animo se præditum in adversarios suos testatur etiā dominus 10. cap. Exodi.

Irascens. Verbū Hebraicū רָגַע noter LXX. interpretati sunt ἐξαίρωμ, id est tollens, quod magis significat iniuriarum retinere memoriam, & occasionem reddendi obseruare, id quod Græci aptissime dicunt μνησικαιέρ. Hoc attributum Dei uæhementer impugnat opinionem audacie obstinatioēq; fricem in impijs, quæq; dolorem carnis impatientis adauget in probis, dum putatur numen semper male factis parsurum, quia nō statim punit, nec ἐπ ἀυτοφόρω perimit. Aduersus quam falsam & pestiferam persuasionem pectora nostra sunt obstruenda presenti uerbo, ut uidentes conniuere ad quædam flagitia dominū uindicem & habentē ἐκδίκον ὄμμα,

## EXPOSITIO

quod Homerus quoque Deo tribuit, nō ideo putemus  
impunita scelerā dimitti, sed in rationarium adscribi,  
quæ puniantur, ubi diuina bonitas satis fuerit testata,  
et gloriæ diuinæ humanaeque societati plurimum con-  
tulerit. Est etiam vulgi dictum non incellebre: Es ist  
ein armer wirt / & einer ürten nit heiten mag.  
Malachiæ tertio capite traditur, Deum facta dictaque  
hominum annotare in libellos memoriales atque com-  
mentarium, quod ethnicorū sapientes per diphthera  
ram Iouis adumbrarunt.

2 Patiens. Periphrasis Hebraica proprie sonat ces-  
satorem et longum naribus, hoc est, qui premit iram  
diutius, nec signa irati animi facile prodit in naso.  
Est enim canota irritatæ metis obseruata vulgaribus  
etiam hominibus, ut dicant: Die naß ist jm spitzig  
worden: od/ Dz würrmlin ist jm in die nasen  
komm'en. Hoc etiam in laudibus dei frequentatur, quod  
sit misericors, multæ miserationis, et longanimis.

Magnus fortitud. Dilatio poenæ haud est im-  
potentia sed benignitatis. Differt enim ultionem, nec  
euestigio poenas sumit Deus nolens mortem pecca-  
toris, sed magis ut emendatus uiuat. Non destruunt  
eum uires, qui est omnipotens, utque dicit Hesiodus,  
περι μηδὲν κοιταγήνορα κάρφε λεύξ νέισε μέτης.  
Non sunt illi captandæ opportunitates, qui posset nu-  
tu suo totum orbem conterere. Id respondeatur obijcien-  
tibus

tibus: Cur dominus non est promptus ad ulciscendum?  
An quia non semper habet illam facultatem?

Mundans. Hebricam dicendi formulam per genitio-  
nem uerbi felicius reddiderunt hic Græci quam  
Latinus interpres ἀθωῶν ζυν ἀθωῶσε. Nam sic le-  
gitur emaculatus, quam ἀθωῶς. Valet autem: Neuti-  
quam absoluet, nec innocentē pronunciabit. Qualis  
est & illa oratio: Saluando non saluabit, hoc est, mi-  
nime gentium saluabit. Docet igitur dominum, licet  
patiens sit, licet diu vindictam s̄epe differat etiam in-  
terioram & quartam ætatem prorogans, tandem pu-  
nire homines incurabiles & longanimitatis diuinæ  
diuitias contemnentes, qui ex iræ cumulum ad diem  
iudicij coaceruāt in capita sua. Quod ethnicus etiam  
Valerius Maximus non ignorauit, dicens: Lento qui-  
dam gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: sed  
tarditatem supplicij grauitate comp̄sat. Vulgus etiā  
Germaniæ crebro usurpat ore: Lang beyten ist nit  
gschenkt. Porro quia bonitas diuina tam diu pertu-  
lit flagitia gentis Assyriæ, neminem debet ad peccan-  
dum animare, quasi modū certum impunitatis in eis  
præfinierit, quanto tempore vindicta suam differat.  
Visum est enim sapientiæ cœlesti declarare suam pa-  
tientiam in Niniuitis, non signum audaciæ humanae  
sustollere, ut tantundem spacij sibi promittentes quid  
libet securi designent. Rursum innumeræ sunt exem-

## EXPOSITIO

pla illorum, quibus ne minima quidem huius temporis pars ad corruptam & depravatam uitam cōcessa est. Populo nanque Iudaico delinquenti mox paratae minae fuerunt: contemnenti minas adfuerunt fustes, bella, fames, pestis, ut ceu Phrygum filij tormetis con docefierent moderatius agere. Babylonico etiam regno post occasum Nini maximo anni cucurrerūt circa LXXX. Ad extremum Balhasare celebrante conuiuium luxuriosum, totaq; urbe lētitia, epulis, & ludis exultante crudelis hostis superuenit, nihilq; aduersi metuentes opprimit, trucidat, spoliat, ac funditus delet. Iam quot priuati homines ob oculos nostros in adulterio deprehensi iugulantur? quot immannibus poculis præfocatur? quot facinorosi legibus dāt pœnas? quot furijs agitati mortem sibi consiscunt? Et quis enumeraret citæ uindictæ exempla, nec non quotidianos casus, quibus homines in medijs facinoribus ceu Iouis fulmine feriuntur, bonis quoque interea cadentibus non in malum suum, nec sine arcane domini consilio? Non igitur patientia Dei Niñuitis exhibita, & unius alteriusq; populi corrupti paulò diuturnior tranquillitas legem faciunt, ac parem temporis modum emetiuntur? Non omnibus tantisper dormitur. Nemini peccanti enormiter pax promissa est ac uelut in tabulis consignata. Imo contrâ bellum certissimum ueritas illis indicit sine ullo pacto inducendum.

rum. Dicit enim scriptura: Quum dixerint, pax, pax,  
repentinus opprimet eos interitus. Quocirca uigilan-  
dum est, orandum est, standum est in procinctu, defi-  
genda est mens in Deo, et omnes nerui ad studium pie-  
tatis intendendi sunt, ut quacunq; hora dominus uc-  
nerit, inueniat nos seruos paratos, quos secū introdu-  
cat in palatia cœli ad æternæ felicitatis consortium.

**Dominus in tempest.** Latinus et Græci in-  
terpretes reddunt locutionem Hebraicam nō sine de-  
trimento perspicuitatis. Præposito nanq; nomine atq;  
pronomine subiuncto ad alterum uomen, quod illud  
antecedens nomen referat, Iudei possessionem signifi-  
cant: ut, Dominus in cœlo sedes eius. Quod Latinis au-  
ribus conuenientius erit sublato pronomine ac posito  
casu genitiui, ad hunc modum: Domini sedes in cœlo  
est. Domini uiae sunt in turbine ac tempestate. Ostendit  
autem propheta ex Dei potentia et operibus nullum  
consilium satis uafrum, nullum robur satis firmum  
aduersus iratum et vindicem Deum, sicut mox infer-  
tur: Quis resistet in irâ furoris eius? Cogitat enim Sto-  
lida et uæsana caro: Sit iratus Iupiter, sit uæhemēs,  
sit uindex, sit potens: at nos claudemus portas, auer-  
temus eū arcibus munitissimis, ponemus impedimenta  
ita itineris, flumina, montes, ualles, uoragines in nostri  
defensionē cōuertemus. Firmissima quidem sunt hæc,  
sed contra dñm ne quidē flocci atq; pili aestimari pos-

## EXPOSITIO

Sunt. Alius enim est apparatus, alia pompa summi imperatoris, aliis exercitus, alia itinera, quam quae ope hominum uniuersorum in unū collata possint impedi. Per turbinem namq; inuehitur atq; tempestatem, ut subito in quemlibet locum possit incumbere, & immortales iudicio suo obnoxios queat fulmina, faces, grandinem, nymbos, & omnem perdendi materiam iniucere. Omnia siquidē terrena calcat pedibus. Ne bulæ incessu illius concitantur, quum puluerem dunat taxat moueat uel maximus exercitus, cumq; mox residentē. Illam Dei potentiam David inter primos celebrat suis carminibus.

3 Increpans mare. Nutu suo cōuertit naturā totius elementi, ut Oceanus exarescat ad imperium domini multo promptius, quam famulus ad officium procurrat ab herbo suo uerbis asperioribus appellatus. Cuius potentiae in memorijs literarū insignissima extant exempla maris rubri atq; dirempti Iordanis.

Infirmatus est Basan. Verbum Hebraicum נָבָל, quod Hieronymus uerit infirmatus est, ac postea in elanguit, LXX ωλιγώθη οὐλίπερ rediderunt. Ego puto non inconuenienter interpretari per uerbum deformare, quod Latinis significat formam & quasi cōditionem rei perdere. Seruauit etiam epanalepsin prophetæ multum uenustatis habentē. Qualis est & illa Vergiliū: Multa super Priamo rogitans

gitans super Hectore multa. Ceterū ea uis numinis demonstratur, ut cultissima loca minimo negotio uastet immissa grandine, aut uredine, aut pruina, aut eruca, aut consimili peste. Hieronymus non inepte & λαλούσιν τορquet ad Assyrium regnum. Dei potestia, inquit, describitur, cuius maiestatis sit elementa mutare, ut non grande sit Assyrios destruere. Metaphoricos per Basan & Libanum atque Carmelum Assyrij uastitas demonstratur, quod potens & florens quondam, plurimisq; imperans gentibus domino irasciente populandus sit. David Kimhi primarius interpres Iudeorum intelligit etiam reges gentium & opes atque copias eorum. Quod sane genus demonstrandi humanis ingenij accommodum est, & in primis euident, atq; ad persuadendum efficax, ut que in rerum natura longissimo experimento sunt obseruata, uitae humanae aptentur, ex quibus cognoscatur, quid sit, aut quid esse debeat in moribus hominum. Quapropter saluator Christus unica lux, uia, & ueritas nostra gaudet hac docendi ratione, atq; uarijs parabolis regni Dei negotia nobis adumbrat. Idem studio fuit prophetis & apostolis. Ex hoc naturae uolumine sapientes ethnicorum infinitas quoque sententias recitant, uelut Horatius, quem dicit:  
 Immortalia ne spores monet annus & alnum  
 Querapit hora diem,

## EXPOSITIO

Et Græcus ille uir sapientissimus, qui dixit: Naturam homini binas aures dedisse, os unum: ut plus audiamus quam loquamur. Quod prorsus Iacobi apostoli dicto concinit ita monentis: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus uero ad loquendū. Porro ubi Hieronymus duo substantia nomina ponit flos Libani, Hebræos refert, qui adiectiuorum inopes sunt. Latine uero lingue consuetudinem sequitur, si epitheton conforme substantiō suo existat.

4 Montes commoti sunt ab eo. Solidissime partes mundi liquecunt sensu irae diuinae, et quid faceret homo imbecillum animal, et tot tamquam uarijs obnoxium casibus?

Contremuit terra. In Hebreo uerbum ferendi ponitur obscuriore intellectu. Tulerit terra est conspectus ipsius, quod Græci uerterunt in σωματικὴν γῆν προσώπῳ αὐτῷ, hoc est, contracta est terra à facie ipsius. Iudei difficulter se isto loco expedient. Nam Rabi Solomon putat subdendum accusatum per ea thlipsis defectū יְהוָה נִזְבֵּן. Ut sit sensus: Terra portabit onus sumi. Huic adstipulatur Aben Ezra exponens onus incendiij et combustionis. David Kimhi quoque intelligit poenam ex excidium, quale pertulit Sodoma cum uicinis urbibus: aut certe subsignificari vastandam regionem hostilem, ut nihil herbarum sua persit. Ait autem uerbum ferendi, neutrale, significans vastum

bastum esse, atque conflagrare. Rabi Marinus obli-  
quum subdit אַרְבָּה, id est formidinem, unde sensus  
confiat, Capietur terra formidine corā domino. Con-  
templanti mihi locum hunc nihil æque arridet, quam  
herbum נֶס Thissa absolute ponit, ut in Germa-  
norū lingua, qui iubētes abire quempiā stomachosius  
dicunt: Heb dich. Et in tertia persona, Er hūb  
sich daruon. Quod Latini efférunt per apage, aut  
verba aufero & proripio, ut dicant: Aufer te hinc:  
Proripuit se oxyus. Cæterū propheta significat eam  
esse maiestatem Dei, hunc uultum irati numinis, ut  
terra cum incolis nequeat uel ictus oculorū sustinere.

<sup>5</sup> Ante faciem eius. Colligit nunc, quoniam hoc  
sit ingenium Dei coniunctam habens tantam poten-  
tiam, neminem resistere posse irato domino. Sed ora-  
tionem figurat interrogationibus atque adornat al-  
legoria uel potius similitudine, ut maiore molimine  
torqueat enthymemata in Aſſyrium. Nam longè plus  
uiriū habet, Quis sub ira Dei duraret, quæ ritu ignis  
coſtata uel duriſſimos ſilices liquefacit: quam, Nec tu  
Aſſyrie, nec aliis mortalium perferet iram excande-  
ſentis numinis. Dies enim domini exercituum est su-  
per omnem superbū & excelsū, & super omnem  
arrogantem: quæq; ſequuntur Eſaiæ ſecundo capite.

Bonus dominus. Descripsit hactenus trucem  
& formidolosum Deum, cuius memoria cōcūtit men-

## EXPOSITIO

tes hominum: Nunc pijs cumq; reuerentibus talis  
exhibet, à quo sibi optima quæq; promittant, in quo  
collocet omnem spem et præsidium. Primo tribuitur  
ei bonitas naturæ, quæ uox **בָּרְךָ** in eloquio Palæstinae  
noſiuosa est atque ῥάτσημος, significans mitem,  
clementem, tractabilem, placidum, placabilem, beni-  
gnum, utilem, commodum, liberalem, quæq; aliae sunt  
partes ingenij boni à Græcis atq; Latinis hominibus  
proprijs uocabulis designatae. Est autem bonitas pro-  
prijsma uirtus Dei, atque in cognitione hominū cla-  
rissima. Quam testatus est condendo mundum gra-  
tia hominum, & quotidie declarat immensam benefi-  
centiam in bonos & malos pariter demittiēdo ē solito  
gloriæ suæ. In primis autem naturæ inestimabilem bo-  
nitatem exhibuit Deus in filio suo unigenito, quem tra-  
didit in durissimam sortem hominis, in acerbissimos  
cruciatus, in mortis genus contumeliosissimum: tra-  
didit autem pro nobis, quum essemus infensissimi ho-  
stes, ut per Christum recōciliaret mundum, per Chri-  
stum restitueret omnia, quæ primi parētes culpa enor-  
mī perdiderant. O immēsam Dei benignitatem, o ina-  
estimandam clementiā, o ineffabiles thesauros libera-  
litatis atq; munificentie. Non si cui sint linguae centū,  
oraq; centū: non si quis linguis hominum loquatur &  
angelorū, satis celebrare posset domini Dei bonitatē,  
ex qua uelut perpetuo fonte largissimi riuui beneficio-

rum

rum diminant in totum genus mortaliū. Effundit  
ubertim necessaria in his terris bona corporis & ani-  
mi, ut sic uitam temporariam transfigamus, ne à futu-  
ra excludamur. Confert ad uictum pertinentia: con-  
fert omnigenas commoditates. Præter hæc, quæ pro-  
miscue suppeditat prauis atque bonis, & ut par est,  
cum Deo conuersantibus suam indolem ostendit, seq;  
perfruendum exhibit pijs hominibus. Peccantibus è  
carnis imbecillitate parcit ac conniuet. Ipsum quoq;  
audaciter contemnentes, haud statim stricto fulmine  
interficit, uerum ad meliorem frugem inuitat ac pel-  
licit, sp̄atia pœnitendi concedit, occasiones multipli-  
cas ad mutandos mores obiicit, tandem uero immedi-  
cabiles plectit, hic quoq; benignitatem attemperans  
iustissimis supplicijs. Summa est domini potētia, sum-  
ma iustitia & æquitas, inconcussa fides, infinita sa-  
pientia, ingentia sunt illius opera, sed misericordia  
domini super omnia illius opera. Hæc celebrat omnes  
sancti, hæc frequetissima dicendi materia est in scri-  
ptura oraculari. Ethnici quoque præcipue agnoscunt  
& admirantur Dei benignitatem. Cuius contempla-  
tione concitatus Homerus fons ingeniorum subinde  
in suis carminibus inserit Ρευς πατηρ, & δοτηρ  
τόκων, alijsq; pulcherrimis epithetis decorans opti-  
mam Dei naturā. Cicero quoq; & Plinius auunculus  
testantur nulla re nos propius accedere ad immor-

## EXPOSITIO

talium deorum naturam, quam beneficētia. Breuiter,  
nullius paulo probioris hominis stylus aut os tam du-  
rum fuit, quin laudes bonitatis cœlestis ædiderit. Neq;  
uero maiestas æterna uidetur ullā magis appellatione  
delectari, quam quæ bonitatem profitetur. In preci-  
bus enim, quibus saluator noster Christus formulat  
rite orādi præscripsit, nō aliud nomen aptauit quam

**Osee ii** patris. Per Osee uero loquens dominus Israëlem qui-  
dem meritum, ut radicus interiret, se tamen miti-  
gaturum sententiam summi iuris, ut intra certum spa-  
cium annorum puniat, tandem uero in integrum re-  
stituat, illud rationis assignat: Deus enim sum, et non  
homo. Plena profectio uox bonæ spei, et locuplestes-  
simonium ingenij diuini supra modū benigni. Quid  
enim continet hæc dicæologia Dei, qua satisfacit, cur  
peccatoribus bene uelit beneq; faciat? Non oportet,  
inquit, meam elementiam et beniguitatem humano  
modulo metiri, et me leuitatis, aut negligentie, aut  
iniquitatis suggillare, dum condono errores, dum  
redintegro amicitia cum male fidis hominibus, dum  
obuijs ulnis recipio, quos peccasse pœnitet. Deus  
enim sum et nō homo. Homines leui de causa irritan-  
tur, ultionem irritati meditâtur, exercent similitates,  
odia suscepta interdum ne cum fragili uita quidem  
finiunt, inq; Plutonia regna secum deferunt. Alij per  
graues et immotas sententias de prævaricantibus glo-

iam alicuius uirtutis significatio est, meum ita fert ingenium, & mortalium status omnino requirit. Porro  
 uniuersa pietatis disciplina iuxta diuinam traditio-  
 nem quid resipit quam beneficentiam? quid spirat,  
 quam Dei φιλανθρωπίας Postulat enim ut ipsum  
 amemus atque ueneremur ingenua obseruātia, quem  
 ubiq; cōspicimus nobis omnium bonorum authorem.  
 Precipit ut ipsum tanquam legitimi filij emulemur,  
 & cernētes patrem in omnes pariter beneficium cer-  
 temus inter nos officijs charitatis, hanc unam uiuendi  
 normā tenentes, ut alteri facias proficulatibus, quod  
 tibi uelles exhiberi, cōtraq; temperes ab iniurijs, quas  
 tibi minime uelles inferri. Ceterum qui ex cacodēmo-  
 ne satus hanc societatem læserit, nec in uiam reuocari  
 potest, eum iubent leges diuinæ ceu monstrū & non  
 Dei filium seminario sancti spiritus prognatum ē me-  
 dio tolli, atq; in Cocytum & Acherontem Stygiasq;  
 paludes deportandum pronunciant. Quantulum est  
 igitur quod pater cœlestis ex uita nostra sibi uēdicat  
 pro tam innumeris & maximis beneficijs? ut omnia  
 decreta sua pie sancte q; uiuendi ad conseruandā ge-  
 neris humani societatem aptauit? Porro quemadmo-  
 dum benignitas cœlestis nullo sermone potest prodi-

## EXPOSITIO

gnitate celebrari, sic conuenit plurimum atque dili-  
genter in hac meditatione uersari, quæ & pectora  
humana efficaciter in fiduciâ erga Deum erigit, &  
ad omne officium quantumuis ignauos expergescit.  
Nam qui perpendit munera diuinæ bonitatis, in pris-  
mis quod filium unigenitum pro mundi salute pater  
cœlestis tradidit, ac in illo quecunq; felicem & bea-  
tam uitam concernunt, quod sui notitiam aperuit,  
deinde quæ nostræ nationi, nostræ ciuitati & fami-  
liae, deinde quæ priuatim nobis consert in animo, cora-  
pore atq; fortunis, ne ille profligatus est homo, si nō  
propensione muminis erga nos miseros agnoscit, sum-  
maq; gratitudine adorat. Profecto ab omni sanarâ  
tione desertus est durum gerens saxum circa præcor-  
dia, qui ad amandum Deum non trabitur, qui non to-  
tus mouetur ad eum obseruandum, ut inquirat eius  
uoluntatem bonam, inuentam in oraculis diuinis or-  
dine suarum actionum exequatur. Hæc meditatio per  
agellum religiosi pectoris iactata gignet sincera &  
multiplicia officia, ut non instituatur cum numine su-  
perno mercimonium, ut agamus duntaxat decentia,  
quo uicissim recipiamus præmia, quandoquidem in  
humanis etiâ societatibus obseruare d'òs νοή λαζε,  
turpissimum sit. Et erit quidem homo Dei assiduus in  
omni genere uirtutum, non quòd sacrilega cum cogi-  
tatio teneat nostris bonis operibus, nostrisq; meritis  
uitam

uitam eternam redimendam, quam unus Christus  
saluator noster omnibus promeruit, Paulo etiam cla-  
mante: Omnes afflictiones huius temporis neutiquam  
esse conferendas ad gloriam, quae reuelabitur in no-  
bis. Non expiare suis factis conabitur peccata, quan-  
doquidem Christus agnus immaculatus ex hostia ca-  
tholica mundi tollit peccatum: non effugere infernalis  
carceris supplicia, quandoquidem nulla contra cle-  
ros accusatio superest: non bona temporaria nundi-  
nari bonis operibus uolet, poste aquam uerbum Dei  
uetat curis fruolarum rerum occupari, simul promit  
tens omnia nobis affatim admetienda, si queramus re-  
gnum Dei atque illius iustitiam. Minime uero pietas  
stimo excitatus per diuinae bonitatis commemo-  
rationem uenabitur sanctitatis opinionem apud homi-  
nes, quod hypocrite faciunt φῦλον ἀνθρώπων  
θεοσύγειας ατόμου. Quorsum igitur respiciet in suis a-  
ffectionibus uir pietate uera imbutus? ut effugiat ingra-  
titudinis notam, qua nō est alia turpior, ut Publius non  
ex tripode Apollinis, uerum ex ore domini locutus  
uideatur, Omne probrum dixeris, si quem ingratum  
dixeris: uolet aliquo modo se gratum exhibere do-  
mino deo, qui tantis quotidie beneficijs nos adobruit,  
ut nunquam futuri simus minima ex parte soluendo.  
Hæc memoria beneficiorum Dei bene in animo per-  
cepta, perq; Christi spiritum confota reddet fidem

## EXPOSITIO

Εὐτελέχη, reddet homines uigilantes, alacres, fortis,  
perseuerantes ad omnia pietatis munia: alet bonam  
spem: obstringet funiculis charitatis, ut omnia con-  
temnat homo extra Deum, omnia posset ferre pro-  
pter Deum, & dicere cum Paulo: Quis nos separabit  
a charitate Christi? &c. que ille uir diuinus scribit  
ad Rom. s. capite, ista cogitatione elatus & in Deum  
altius correptus.

Confortans dominus. Hebraica uox בָּשָׁר  
maoz significat id quod robur atque firmamentum  
præbet. Sic enim nomina per mem præpositionem fi-  
gurata frequentius indicant instrumentum ad esse  
ctum primogenij, ut בְּקָרֶת locus, hoc est, basis ad  
standi actionem, בְּזִימָר falx, hoc est, putatorium  
instrumentum. Nec ignoro quædā huic obseruationi  
reclamare, ut nulla est lex fermè, quæ non habeat ex-  
ceptiones. Illud tamen nomen firmiter analogiam rea-  
timet. Græci reddiderūt hic remotius quiddā υπερμέ-  
νοι expectantibus, quam in tertio capite σάσιψ,  
id est stationem. Discimus autem nunc dominum &  
Deum nostrum nō modo beneuolum, propensum, &  
presentem, uerum etiā suffugium certum esse omni-  
busq; patens toto pectore ac recto pede accurrentia-  
bus. Sunt enim multi homines probi, qui optime cu-  
piunt in opibus, & uicem afflictorum miseretur, sed  
non possunt opem ferre, aut nolunt, aut non audent  
abstera-

absterriti nescio quibus spectris periculorū. Sed Deus laborem & dolorem solus exacte considerās accurrit in die tribulationis, uel ut more loquamur Latino, temporibus difficilimis. Nam dies pro tempore frequentius ponitur, & genitius nominis substituti elefantius in adiectuum sēpē numero uertitur, cuius penuria laborant Hebrai. Vnde tribulationis tempus uel difficultatis tēpus in difficile planius latiniusq; ueretur. Est autem certum & firmissimum pr̄sidium dominus, ad quod configiatur in omni discrimine. Is enim solus potest auxiliari, & uult opem ferre omnibus inuocantibus eum in ueritate. In eo qui sperant, non confundentur in æternum. Nec solum confert opem ipso fretis, nec animo syncero ad ipsum confugientes fallit, sed iubet etiā auxilium expeti, & eam gloriam suam interpretatur, quod plurima loca Dāuidici poëmati personat, pr̄cipue uero Psal. 50. uerba: Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & honorificabis me. In formula quoque orandi à filio Dei, qui solus patrem uidit, pr̄scripta nō aliò uertuntur preces, quam ad cœlestem patrem, à quo petamus omnia, speremus omnia, expectemus omnia, illi feramus accepta omnia. Quid quod Jeremias dicit capite 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Et rursum: Benedictus uir, qui cōfidit in do-

## EXPOSITIO

mino, et erit dominus fiducia eius: et reliqua. Notum  
est enim locus, atque utinam alte impressus foret in pe-  
ctoribus humanis. Sic enim a fiducia operū suorum,  
a fraudibus impostorum, a varijs superstitionibus di-  
uorum, ne quid grauius dicā, absolverentur. Est ergo  
Deus unicum et certum atque tutissimum praesidium,  
in quod nos recipiamus, quemcunq[ue] tempestas ingrat,  
siue nos tentet sathanas animi uitij pestilentiis, siue  
caro uim inferat, siue corpus morbis et cruciatibus  
inuoluatur, siue detrimentum fortunaru patiamur.  
Hunc solum opitulatorem omnes inuocarunt sancti,  
atque de fontibus saluatoris hauserunt, ut Esaias ait.  
Ad hunc solum remittunt fontem aquarū uiuentium,  
quum alij quos uana persuasio auxiliares deos crea-  
uit, ne idonei quidem sint pre Deo, qui cisterne fu-  
tiles dicantur: Hunc non fallere testantur uno ore:  
Huic uota reddunt, quoties melior sors obuenit, et  
Deum salutis uniuersae proram atque puppim grata  
confessione honorant. Diuorum autem aduocatione,  
tutelariumque deorum et XIIII auxiliatorum col-  
legia, et tela Typhoea Rochi, Sebastiani, Valentini,  
Cyriaci, atque aliorum, quorum numen laetuisse multo  
grauius plectatur, quam iniuriae in ipsum Deum, uul-  
go persuaserū legati sathanæ, qui pietatem priuatum  
quaestum reputant.

Et sciens sperantes. Plenum consolationis et  
hoc

hoc, quod Deus non ignorat, qui sunt sui, qui agnoscant opitulatorem, qui cum innocent, eius opem constanter expectent, non ignorans invenimus, quibus rebus indigemus antequam petamus, quidque proficit aut quid oblitus nobis. Quis ergo sanæ mentis à domino Deo ad homines transfibit, à fonte ad lacunas, à conditore omnium & certissimo gubernatore ad incertæ conditionis creaturam? Imo sanctissimi homines & exsoriantes felicitatis, nec propensione animi conferri possunt conditori, qui nullo merito prouocatus, tantas iniurias contumelias perfidiasq; hominum præuidens incenarrabilem societatem instituit cum mortaliis, nec facultate iuuādi, quum nihil habeant, quod non gratuito acceperint à patre cœlesti. Huc adde quod terris crepti, quid rerum hic geratur, ignorant testimonio Esaiæ, cui contradicere impietas est, contrarium asserētibus auscultare, stoliditas. Sic enim loquitur spiritus sanctus per hunc præstantissimum utrum capite σ. Vbi est zelus tuus et fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum & miserationum tuarum? Super me continuerūt se. (uel ut Hebræa pollent, dissimulantur erga me) Tu enim pater noster, & Abram nesciuit nos, & Israël ignorauit nos. Tu domine pater noster & redemptor noster à seculo nomen tuum. Audit̄ Iacobum cui tantum fuit negotij cum Deo, & Abraham patrem uniuersorum credens

## EXPOSITIO

tiū uita iam functos ignorare nos? Que sunt igitur  
intemperie illos aduocare? Quid orati cōferent, qui  
nos & nostra negotia ignorant? Vnus dominus est  
omniscius, omnipotens, ubiq; præsens, nullibi affixus  
omnia simul intuens, omnes pariter exaudiens, non  
autem uotis omnium pariter annuens. Animus enim  
orantium sæpe dissimilem facit euentum. Clamant  
imp̄j et implēt auras eiulatibus circūuenti periculo,  
Deumq; precibus fatigant, aduersus quem hostiles ge-  
runt spiritus. Verum illi ridentur à sapientia diuina  
dum pereūt, quam tempore sereno audire dediti-  
sunt. Et quād difficilem habeant Deum in multis au-  
thenticæ scripture locis testatum est, tamen luculen-  
ter satis Esaiæ 1. capite. Ieremie 15. Mich. 3. Orant etiā  
hypocritæ terentes limina templorum, obsidentes an-  
gulos platearum, ac plastra supplicium uerborum  
effundunt in aures altitonantis, sed cor eorum longe  
abest à domino. Sermo speciem precātis imitatur,  
& animus tanquam ex pacto, ex merito, ex iure suo  
diuinam operam efflagitat. Easi non statim ad uotum  
offeratur, preces uertuntur in conuictia, & bonitas  
summa iniquitatis suggillationibus ab istis homini-  
bus nequam feritur. Dissidet os cum animo, animus  
corum pugnat cum Deo. Itaque produnt se nō serio  
supplicasse, nō orasse spiritu & ueritate, non sperasse  
in domino, quia non expectant dominum, qui presto  
adest.

ndest inuocantibus eum, sed inuocatibus in ueritate.  
Amicis quoque suis interdum inexorabilis et diſi-  
mulator opis Deus apparet, uel ut exerceat fidem, uel  
ut bonorum cōstantiam reddat conspicuam, uel quia  
non prodest uoti compotes fieri. Proinde mūcēdus  
est animus hac persuasione certissima de Deo, illum  
esse, qui cognitos habeat eum p̄estolātes, ne uacillet  
mens, nec abiciat spem, quādo inexorabilem se oran-  
tibus offert, nec uotis nostris statim annuit suae glorie  
noſtriq; rationem habens dominus. Nouit enim quid  
sit in rem nostrā, aut quibus indigeamus. Nouit qua-  
tenus immerge nos periculorum undis conueniat, non  
ſinens tentari ſupra quām ferre poſſimus. Misceantur  
igitur omnia ſurſum et deorſum, affulgeat nulla pro-  
ſerioris conditionis lux, omnia minitentur naufra-  
gium, noſtamen expetemus dominum in patientia  
et firma ſpe, qui aderit in tempore opportuno, noſ  
impingamus ſacram fidei ancoram in domino, qui eſt  
porta firmitatia, qui placidus et beneuolus eum ob-  
ſeruatibus exiſtit, ad haec habens cognitos, qui opem  
ab illo certa fiducia expectant. Quod ſi forte diſtu-  
lerit opem, ut omnia cōtra diuinā promiſſiones ferri  
appareat ſenſibus corporeis, expetat illum constanti  
gradu iuxta ſaluberrimū conſilium Habacuk. Procul Habac. 2.  
enim dubio accurret nec moras uſq; neclet. Qui autē  
contra Dei conſilium inſoleſcit, eius anima haud erit

## EXPOSITIO

recta, nec boni atque sapiētis uiri officio fungetur, et  
terum iustus in ipsa ueritate, quales sunt solae promis-  
siones Dei, mentem firmiter affigens, et per omnes  
casus ad finem perdurās, incorruptae salutis fiet para-  
ticeps. Porro quum hæc tria Dei attributa, quod beni-  
gnus sit, quod præsidium in omnibus periculis, quod  
nouerit ipso fretos, mire composita sint ad consolans  
dos pios infortunijs atq; calamitatibus oppressos, sunt  
tamen etiam ad terendum Assyrium facta, ut in mili-  
tari admonitione. Indicant enim superbissimo hosti,  
quām iustas et magnas causas habeat summus terre  
maris et cœlestis regionis Imperator ad bellum infe-  
rendū Niniuitico imperio. Nempe in populo Israëlie-  
tico, quem ita immaniter Assyrius diuexauit, castigan-  
dum sanè ob peccata sed moderatus, nunc plurimos  
sapere melius, et per tormenta nosse Deum, quem in  
prosperiore fortuna neglexerat, eos nunc implorare  
fidem et opem diuinam, vindicemq; Deum expectan-  
re, quorum causam libēter suscipiat dominus iniurias  
eis illatas persecuturus.

In diluvio. Hieronymus Iudæū sequēs in expo-  
nenda historia locum eius refert ad Iudæam, ita edis-  
serens: Quum terrā promissionis quasi diluvio inun-  
dauerit, finem faciet captiuitatis ad sedes proprias  
reuocando. Contrà tenebrae Assyrios persequentur.  
Huic expositioni suffragari uidetur, quæ allegoricōs  
loquia

loquitur Esaias s. capite de uastatione decem tribuum per Assyrios, nempe ut belli contagium redundet in Iudea atque tribus Benjamin regionem. Iudaei posteriores intelligunt loco Ninives abolitionem commissari, & bene, ut res ipsa liquido monstrat. Ceterum quia Deum qualis & quantus existat, sermone hactenus demonstrauit, ut instituto praesenti seruire uisum est: iam deinceps aperit consilium ipsius, & palam indicit bellum, causas quoque reddens, ob quas minus exercituū sit arma in Assyrios moturus. Quæ duo sic inter se temperat, ut nunc de bello inferendo uerba faciat, nunc belli causas exponat, ita scite atq[ue] diserte sermonem uariegas, ut nec res obscuretur attentio lectori, & transpositis orationis membris concinna sit dispositio. In hac quidem periodo manifeste proloquitur dominum habere in animo locum Niniues ita uastare, ut olim diluvio totus orbis in solitudinem redactus fuit. In pronomine eius per enallagmen ponitur relatiuum uice nominis Niniues, ut Iudeis placet, ac sequens indicat sententia.

Et inimicos eius. Hoc est, Assyrios inimicos Dei persequētur tenebrae, id est angustiae, desperatio, perplexitas animi, & malum incutibile, metaphoricos. Interpretando uerbum persequendi Dauidem Kimbi secutus sum, qui monet in graui specie, quam dageſſatam uocant, positum transituum existere ad

## EXPOSITIO

tres, ut Iudei loquuntur, hoc est, actus significare per medium efficiens: ut si dicatur, Faciet persequi tenebras. Non repugnat tamen Heb. consuetudini, ut non men significans tenebras, sit nominatiui casus, quod plerisque placuit. Præterea locutio Hebraica, faciet consumationem, quam Latinus interpres & Græci totidem uerbis rependunt, significat ex toto abolere, prorsum uastare, atque funditus euenter. Quod Germanorum sermo felicius emulatur: Er wirts mit jrem oft gar vßmachen.

s Quid cogitatis. Hanc prophetæ periodos non probe reddiderūt interpretes, & Græci quidem peius quam Latinus. Sic enim posteriorem partem interpretati sunt: οὐκ ἐνδικάσεισθε τὸ ἀντί<sup>τ</sup>ούθλιγχος, id est, non puniet bis in idipsum in tribulatione. Vnde materia fluxit theologis disputandi, Deū haud punire quenquam duplicata pena, ut quem in terris poena temporaria affecerit, non etiam uita funerium infernalibus cruciet tormentis. Quod quam recte dicatur, alius est perquirēdi locus. Hebraica nāque prophetæ uerba nihil huius farinæ adserunt. Ceterum sensus est, ut Hieronymus ait se à magistro Iudeo didicisse: Quid putatis ὁ Αββριγ cōtra dominum iniquitatem cogitantes, quod populum Israël, id est, duodecim tribus ad internectionē ipse consumat? Non consurget duplex tribulatio, id est, non nobis tradet Iudam

Iudam & Hierusalem, sicut tradidit decem tribus &  
Samariam. In hac sententia cōspicitur Lyranus quoq;  
dicens: Senacherib non tribulabit regnum Iuda ipsum  
captiuando, sicut Salmanasar pater suus regnum X.  
tribuum. Iudei neoterici totum exponunt de Aſſyrijs  
authoritatē Ionathāe secuti, qui ad hunc modum in  
Syrorū lingua tranſluit: **מְאֹםָנָה רַבּוֹתָה**  
**וּשְׁרָאֵל מְאֹםָנָה אֲחִינָה חַשְׁיבָּנָה קְרָסָה הַהֲוָה גַּם**  
**גְּמִירָה הִיא עֲתִיד לְמַעֲכָר עַמְּכָן אֶל תְּ**  
**תְּחִקָּים עַלְיכָן כְּבָית יִשְׂרָאֵל תְּהִרְיוֹן זְמִינָה**  
**אַקְעָא populi qui adflixerūt Israēl,**  
quid præsumitis aduersus dominū? facturus est finem  
uobis, nec uobis contingent duo tempora mœ-  
oris post calamitatem, sicut domui Israël. Est igitur  
hostilis obiurgatio Aſſyriorum. Quæ est illa cōfiden-  
tia? quæ potius dementia? ut conemini resistere do-  
mino, cui paret uniuersus mundus, qui nutu concutie  
machinam totius mundi, contra cuius uoluntatē nulla  
potentia se mouere potest? Licet ingentes spiritus ge-  
ratis, & ex rerum successu imebriati putetis nihil eſe  
ſugere posse robur uestrum: licet conemini regnum  
quoq; Iuda excindere, licet insanus ueſter dux Sena-  
cherib catenas minetur Deo Israēlis & exilium, ut  
antiqua ſede pulsus aliorum deorum uel potius ido-  
lorum exemplo Aſſyriæ potentiae ſubiaceat, perei-  
dum tamen uobis erit ſemel, nec iterato uos aggredie-

## EXPOSITIO

tur bello, concedēs interim tempus uires redintegrandi. Hoc ipsum benignitas Dei populo Israēlitico dedit, ut paulatim attereretur interposito spatio temporis ad resipiscendum, inq; morem tineat dominus arrosit  
Osee 3 suum peculium, ut Oseas ait. Redactis autem in extremam infelicitatem, si quādo mutarunt mores, conditionem tolerabilem et potiore reddidit. Idem uicissitudinis Romanum imperium est expertum, idem alia regna iustitiae et aequitatis obseruantiora. Sed Assyriorum incomparabilis tyrannis trucidato exercitus sub mœnia Hierusalem, deinde mox Senacherib à filiis interempto intra paucos annos collapsa et extincta est ne seminario quidem reliquinto, ex quo Reipublicæ species repullularet. Magnum ergo documentum existit Niniue, si quando conniuet Deus ad impietatem atq; violentiam alicuius gentis, ut omnia fluere pro uoto illius uideantur, non esse diuini fauoris signum sed irae. Concipit enim dominus intercessandum à plagiis ingentes animos, meditatur lethale vulnus, librat brachia, destinat fulmen, ut incurabiles uno ictu feriantur, postquam eius clemētia iustitiaq; satis perspectæ fuerint. Porro Hebraica oratio, quam ita uarie interpretati sunt, si uerbū uerbo reddas, habet: Nō surget duabus uicibus angustia. Nomen enim **בְּעָמִים** dualis numeri absolute positū potest uerti in aduerbiū iterato, aut i participiū haud ineptissime. Sicut

Sicut spinæ. Sententiam coherentem Hieronymus in duas periodos tribuit, quod & alias sœpe factum est, sicut contrà iunguntur interdum, quæ sensu diuisa sunt. LXX mutatione quoque uerborum locum corrumpit. Loquitur adhuc propheta istam sententiam stare Deo, ut perdat Assyrium dominatum, nunc quidem prædicens interitum exercitus Senachrib ante Ierusalem sic aperte, ut de re gesta non posuisset paucis uerbis manifestius dici. Factum ipsum ex omni memoria insignissimum proditur Esaiæ 37. & quarto libro Regum cap. 19. Oratio ipsa duabus similitudinibus implicita & constipata est, quare singulariter euoluenda est. Ait enim: Quum fuerint inter coniuandum poculis atque dapibus referti, absumentur, id est, in maxima securitate, quum post uictorias innumeras, & præcipue post recentē stragē Aethiopici Aegyptijs exercitus nihil aduersum suspicantur, ac sœpe certissima præsument se potituros urbe Ierusalem, iam direptionem somniantes ut famelicus cibos, aut sitiens poculum. Ita enim rem istam Esaias deliniat. Nisi quis adhiberi putet coniuandi uerbum similitudinis gratia, aut concessatio & ebrietas metamphorice ponantur pro malis obrui, quod per frequens est in orationibus diuinis.

Consumentur. Hebræus dicit, Comestis sunt, positio præteriti temporis uerbo de re futura. Qua hec

## EXPOSITIO

terosi nihil frequentius usurpatur ab oratoribus sagis, ut certissimum euentum significant. Quemadmodum et ille imperator loquitur: Si tales in pugna prestatibitis animos, uicimus: pro, certissime uincemus. Metaphora quoque plusculum habet festinatatis, quam dicitur: Quando conuiuio suo referti fuerint, deuorati sunt. Hanc repentinam et improuisam operationem egregie quoque indicauit Esaias non uno in loco, quem Nahumus imitari uidetur. Iam ponuntur similitudines due, quarum altera significat perituros ab angelo interfectore, haud secus atque si uno fasce spinarum uis in flammarum coniunctiatur, que una comburantur, quis nemo uelit attingere propter aculeos, nec possit etiam unum et alterum sarmientum eripere ob indissolubile textum. Altera significat Assyrios ad nihilum redigendos, ut si culmi aut stipule supra modum aridæ flamma consumantur, ne cinere quidem aut fauillis relictis. Cuiusmodi parabolis utilitatem et Esaias 10. capite atq; 33. Cæterum vox בְּלִי quam Ieronymus uertit ariditate plena, secutus interpretes Septuaginta, aduerbialiter melius redditur. Est enim à superioribus uerbis absoluta, ut litera beith subintelligatur per aphæresin ablata, utq; integra sit בְּלִי in pleno. Etenim Hebræi non ita facile nominâ deflectentes in aduerbia resarcint istam inopiam præpositione literarum בְּלִי ad nomen substantivum

stantium aut adiectivum. Cuius generis multa Græci & Latini effuerunt elegantiae studio, ad plenum, in proclivi, ex abundanti, de improviso, de repente, ab initio.

9 Ex te exibit. Hic una causa redditur, ob quam Deus Optimus Maximus decreuerit statum Niniues conuellere, nempe intolerabuſ fastus & contemptus numinis. Eum prodit Esaias 10. capite sub persona regis Senacherib representans impium animū & nefanda conuitia in diuinam maiestatem. Ad hæc quarto libro Regū 18. & secundo Præteriorū XXXIII. Esiae quoque XXXVI. capite prescriptum est, quomodo Rabsaces legatus Assyrius superbias & contumelias euomuerit hortans obſessos Ierosolymitas, ut se dederet Senacherib regi suo. Epistolas quoque misit plenas in Deum blasphemiss. Eam insolentiam non modo in homines, uerum etiā in ipsum Deum hic attingit propheta. Nec dubium est, quin similia fuerint paſſim iactata inter Niniuitas, antequam portarentur arma contra Iudeorum regem Ezechiam, ut nō opus sit istum consultorem belial solum Rabsacen intelligere sicut Iudeis & Ieronymo placet. Scilicet in vulgus manant exempla regentum, ut Claudianus canit. LXX rem intellexerunt σιαλογισμὸν cogitationem. Dicit ergo: Ex te Assur, ex te Niniue profectus est, qui concut Deum Israëlis templo suo extur.

## EXPOSITIO

bare sicut deos omnium gentium sustulit, quiq; totum  
populam Dei conetur perdere. Verbum exeundi quod  
Ieronymus & LXX in futuro tempore posuerunt  
alias uocales aptantes, ut legerent ietze pro iatza, in  
Hebreo præteriti temporis existit. Ceterū Hebraica  
uox, quam hic Ieronymus uertit in prævaricationem  
& paulò inferius belial ut in primogenia lingua scri-  
bitur, à LXX redditur & vtria, contraria, & mox  
εἰς ταλάνωσιν in uetus statem. Ionathas Chaldaeus  
uertit in impiū. Aquila ferè posuit ἀντηγε præva-  
ricator, id quod Ieronymus minime improbat. Quū  
uero illa dictio sacris scriptoribus frequētata sit, non  
superuacaneū uidetur, si diligentius explicem. Pleriq;  
Iudeorum conflatam putant ex priuatiua particula  
בְּלִי absq; & צָלָה ascendit, quod spiritui aduer-  
sario quadrat, qui mentes hominum opprimit, nec ad  
contemplationē numinis iustum finit assurgere. Alij  
factum putant ex בְּלִי beli & לְזַעַן ol, ut contu-  
macem & responsatorem significet, qui iugum ex-  
cusit. Cui sententiae patronus est Ieronymus Strido-  
nensis ex Christianorum antiquitate peritiissimus Idu-  
mæi sermonis. Epistolā enim Pauli ad Ephesios enara-  
rans scribit, diabolum ab Apostolo appellari belial,  
hoc est, absq; iugo, quod de collo suo Dei seruitutem  
abiecerit: quē Aquila trāstulit apostatā. Id ipsum asse-  
rit ciliā in commentarijs, quos fecit ad orationes Esaiæ.  
Satis

Satis certum est nomen esse compositum, sed in du-  
bio uersatur, an posterior pars sit נָהֻם, an נָהָר, si-  
gnificans uel absq; iugo uel absq; utilitate: posterius  
magis arridet. Accommodatur autem id nominis tum  
rebus tum personis. Rebus, ut cum dicitur uerbum be-  
lial seu uerbum iniuitatis. Personis uel aduersario  
genio, ut quum Apostolus dicit: Quid cōmune Chri-  
sto & Belial? Vel profligatis hominibus, ut in isto lo-  
eo Nahumi. Significat enim pestilentē hominem, qui  
nihil moderati, nihil iusti, nihil sancti cogitat, nihil uti  
litatis ad humani generis societatem confert, sed con-  
tra omnium bonorum capitibus, famē atque fortunis  
inhiat. Aut si absq; iugo interpretari libet, significat  
eum, qui effracto tum rationis tum religionis repagis  
lo, contemptor diuum & hominum existit. Qualis  
Mezentius ab heroico poëta introducitur. Mihi non  
occurrit in præsentiarum accommodatius quod uer-  
terem, quam, infestus Deo ex hominibus. Quæ pestis  
& calamitas generis humani significanter in patro  
nostro sermone dicitur, ein tiufelskopf.

10 Si perfecti fuerint. Hanc sententiam in lin-  
gu Hebraica etiam difficilem intellectu reddit aduer-  
biūm וְ sic, repetitum. Iudæi ad quos mihi uacauit  
respicere, omnes accipiunt posterius quoque וְ pro  
aduerbio sic: ut ista sententia confletur. Si Assyrī  
omnes integri fuerint, & sic multi etiam, sic tamen

## EXPOSITIO

absumentur. Idem censuit Ieronymus. Septuaginta Ida  
cerantes Heb. elementorum constitutionem, alienissi  
mam sententiam reddunt. Nobis uidetur particula 12  
sic, geminata uniuersitatē significare, ut si diceretur  
Latine: Sicut multi fuerint, sic attendentur pro illo,  
quotquot fuerint, attendētur. Quod Germanorū ser  
mo Iſrāelitici Simius proxime assequitur, dicēs: Als  
vil ſren iſt / als vil müſſend abgemeyt werden.  
Iterum autem propheta loquitur de Assyriarum co  
piarum strage sub signis Senacherib. Si omnes fuerint  
integri corporibus, si animosifſimi, concordes, instru  
ti omni armatura, pollentes prudentia militari, nihil  
tamen efficient in expugnanda Ierusalem. Vide ut spi  
ritus domini proſpicit ſequentibus temporibus, qui  
bus oppidani obſeffa Ierusalem à Senacherib uarie  
tentandi fuerunt.

Attendentur. Per commoda metaphorā, qua Es  
aias utitur capite septimo, dicēs dominum Assyria  
nouacula tonsurum Iudaicam nationem. Haud abſimil  
liter & Nahum hic dicit, innumerā copias Senache  
rib ab angelo demetendas, quemadmodum acuta no  
uacula pilorum ſeriem defecat, aut falx graminis uim  
una plaga tranſuerberat.

Transibit. Exercitu dira strage perempto Assy  
rius ductor abibit re infecta cum pauculis fugae comi  
tibus, atque Niniuem ſe recipiet. Idipſum refertur in  
historia

historia ijsdē uerbis apud Esaiam, & in quarto libro  
regnorum: Recedens abiit, & reuersus est Senache=   
rib rex Aſſyriorum, & mansit in Niniue. Adeo certa  
& indubitata est prædictio sacrificaminis.

Afflxi te. Per figuram apostrophen sermo con=   
uersus ad Israëlitas, cōlinet causam ob quam dominus  
uelit Aſſyrium infecto negotio repellere. Licet enim  
ante per istū crudelēm populū corripuerit Israëlitas  
(hæc est cōcessio) non uelle tamen perpetuo atterere,  
uerum iam à ceruicibus eorū hunc ſeuum tyrannum  
abigendum eſſe, postquam tormentis emendati ſint.  
Habet autem sermo ita cōuersus ad Israëlitas plus ui=   
rium, magisq; penetrat consolādos animos Iudeorū,  
quām si citra figuram enunciaſſet. Summa nanq; pri=   
dentia elocutionis apparatū oratores iſti sancti adhi=   
bent in omni uirtute diſcrendi nihil inferiores ethni  
corum eloquentibus. Rabi Salomon exſtimat sermo=   
nem uerti ad Aſſyrium, cui dicatur: Hoc tempore to=   
tus peribis. Tunc etiam Scythicum flagrum Turcæ à  
tergo nostro dominus amoletur, quum abicerimus  
superbiā & crīſtas illas demiserimus, quum depo=   
ſuerimus cōtemptum uerbi diuini, falſam religionem,  
innocentium cædes, dolos, fraudes, perfidiam, crapa=   
lam, incōcessam uenerem, & id genus facinora pro=   
fessioni Christianæ haudquaquam decora. Idem præ=   
ſagium ualct apud eos etiā qui à Gothorum reliquijs,

## EXPOSITIO

aut ab alia gente feroci diuexantur, tunc fore malorum finem, quum ad dominum percutientem fuerint conuersi.

11 Nunc conteram. Adhuc gratia consolandi Iudeis prædicitur iamiam baculum Ninuitici regni, hoc est, robur & nocendi facultatē infringendam.

Et uincula. In persona Dei loquitur propheta: Vincula etiā tua ô Israël disrumpā uel obsidionem, ut quidam putant, uel dominatum, leges, tributa: quibus libertas populi Dei sic fuit constricta, ut ne diuinis quidem ceremonias iuxta præscriptū Mosis obire posset. Baculi seu uirgæ metaphoræ uititur & Esaiæ non semel, sicut etiam alijs prophetarum. Nahum hic alijs uerbis per translationem adpositis allegoriam explet.

12 Et præcipiet. Antea stragem exercitus predixit, nunc turpissimum genus mortis Senacherib regi præcinit perspicuo sermone, ut historia rem gestam uix narret lucidius. Primum dicit nō sine consilio Dei filios patrem Senacherib interfecturos summa prouidentia cunctas res mortalium gubernatis singularijs iustitia & æquitate, licet diuini consilij rationem inuestigare nobis haud proclive sit, nec fas etiam sit curiosius in arcana supnæ maiestatis inquirere. Quod multæ scripturarum sententiæ disertis uerbis edocent, & Ezechiel quadrigarum pictura sacra graphicè delit.

delineat. *Quis uero nō uideat aufficio diuino gestū,*  
*ut Aßyrius rex à filijs interficeretur? Euasit in Iudea*  
*manum angeli percussoris, ut cum magna ignominia*  
*rediret in regnum suæ clavis nūcius, ut rediret in re-*  
*giam, in templum, in conspectū Dei Nesrach, ut cum*  
*adorans confoderetur à filijs duobus, qui exierant ē*  
*lumbis ipsius. En condignam necem blasphemō tyran-*  
*no, qui Ioui optimo maximo in arce Sion residenti*  
*exterminium, catenas, & omnes contumelias fuerat*  
*minitatus. Interim tamen filij grauiſſime peccauerunt*  
*non syncero animo sententiam diuinam exequentes,*  
*uerum ob rem infeliciter gestam, aut aliam ob cau-*  
*sam patri succensentes parricidio se commacularūt.*  
*Verbum נִצְחָה tam significat mandare, iniugere, im-*  
*pellere, quam præcipere atq; imperare.*

Non seretur. A seminibus tracta metaphora si-  
gnificatur non amplius à prosapia Senacherib regnū  
Aßyrium administrandum, nec posteritatem habitu-  
rum hunc dirum tyrannum. Quodre postea cogni-  
tum est. Adramelech siquidem & Sarasar facta pa-  
rentis cæde in Armeniā profugerunt. Asaraddon ter-  
tius filius regnum suscepit, quod post paucos annos  
funditus euersum est.

De domo Dei, Græci melius interpretantur,  
meliusq; distinguunt hic uerba, quam Latinus inter-  
pres. Ceterum adhuc uersatur in clade regis Aßyrij

## EXPOSITIO

dicens sculpta simulachra de domo deorum, hoc est,  
de templo ejienda, signaque fusilia excindenda, &  
ædem idolis consecratam uertendam in sepulchrum  
regis, ut per tumultum corructis sanguis & cadauct  
miscentur cum idolis, à quibus opem expectare so-  
litus fuit. Salomon Iarcheus ad ultimum refert regem,  
qui expugnata urbe in templo sit interficiens more  
Senacherib patris sui. Kimhi autem & Abraham Ezra  
mecum faciunt de Senacherib iuxta historiam Esiae  
interpretantes.

In honoratus es. In primitiva lingua uerbum  
est neutrale præteriti temporis significans omnino  
fore, ut turpissimum habeat exitum superbissimus  
tyrannus, qui nec ulli populo aut regioni pepercit.  
Deumque uerum pro nihilo duxit. Quod sane uerbum  
homini præ superbia amenti grauiissimum fuit. Ut ille  
spirauit, ut fremuit, ut gestiuit, ut tremuit, ut exulta-  
uit atque stomachatus est, quum hæc ad aures adulas-  
torum unguine permollitas uenerunt. Vel hæc oratio  
sola ualuit incedere furibundum alioqui tyrannum,  
ut immania facinora contra Iudeos & Deum Israëlis  
machinaretur.

13 Ecce super mont. Prædictio excidio tyran-  
nidis Niniuiticæ proclamat Iō pæan, & opinione ca-  
nit, docens interim Deum authorem fore tam insignis  
uictorie, illiq; grates persoluendas. Quam figurant  
prosa

prosopopœiam possumus dicere. Fingit enim nuncius  
 Nino currentē, qui rem lætissimam obijciat Israēlitā-  
 tis, nempe Senacherib interfectum à filijs, regnumq;  
 Assyrium propendere in extremam perniciem. Qui  
 nuncius hortatur etiam Iudam, ut per agat sacra &  
 ceremonias, quæ temporibus Ezechie intermitenda  
 fuerunt ob bellī negotia. Hoc euenisse nemo dubita-  
 bit, qui legerit historiā regū Iudaicorū, & XXX  
 caput secundi libri τῶν πράγματων de pascha  
 celebrato auspicijs Ezechiae. In Hebræo figura est per  
 repetitionem uerborum, multum gratiæ quandoq;  
 obtinens. Quale est illud in artibus grammaticorum  
 exemplum: Factum facit, pugna pugnata est. In ser-  
 mone Græco Atticisum censem, quem etiā LXX  
 hic retinuerunt, ἐόπταξε τὰς ἐοπτάξε σος. Porro  
 Esaias LII capite loquens de liberatione Iudeorum  
 ex seruitute Babylonica etiā per prosopopœiam in-  
 triducit huiusmodi nuncium, cuius uerba mutuo su-  
 mit Apostolus Rom. X. Quām speciosi pedes euane-  
 gelizantium pacem &c.

## C A P V T S E C V N D V M.

**N**emo iam uel mediocriter in sacra literatura  
 prouectus nescit capitum distinctiones nouis-  
 tum inuentum esse. Quod sanè ut nō reiçio,  
 ita puto diligenter attendendum, quām prudenter in-  
 terdum sermonis contextum diuisum sit. Hæc quidem

## EXPOSITIO

sectio non loco incepto collocata est. Supra enim first  
gem Assyriorū ante Ierusalem executus est tanquam  
præludia uel potius primordia subuertendæ urbis Ni-  
ni. Sequentia duo capita ipsam urbem obsidētam,  
capiēdam, diripiēdam, atque subuertendā loquuntur,  
intericclis cōmode sceleribus, ob quæ sit ad hunc  
horrendum modum euastanda. Loquitur autem pro-  
pheta de re in posterum gerenda, tanquam in actu  
medio nunc omnia uertantur. Pro dispersore Sept. po-  
suerunt Εμφυσωμ inflans, hallucinates in lectione,  
מְבִירָה mephiah, pro מְבִירָה mephitz. Vastatore uocat Nahum uel hostem uel  
Nabuchodonosor per antonomasiā, quomodo ω-  
λιορκητης pro Demetrio diceretur. Kimhius et Salo-  
mon intelligunt Senacherib, qui ascēderit in iudeam  
uastādi causa. Abraham Nabuchodonosor intelligit,  
qui oppugnatum Niniuen ascensurus sit. Sic et D. le  
ronimus scribit: Ad Niniuen sermo conuertitur, et  
dicitur: Ascendit Nabuchodonosor, qui te obsideat,  
ante os tuum uastet omnia. Quia ergo tibi imminet  
bellum, ecce gaudens propheta nunc præcino. Con-  
Aīs, cir= templare diligenter, et \* confspice, et quid tibi eue-  
cunspice. niat, intuere, et c. Sic dicit Aßyrio propheta: Iam in  
expeditione esse atq; ingressum regionem Aßyriam,  
cui dominus curam grauissimi belli commiserit. Ve-  
nisse autem ad terram Niniues, uel potius in confpe-  
ctum

Cum illius domitoris populorum, ut si prælium expe-  
 tat, iam fieri copiam decernendi cum fortissimis uiris,  
 quos Deus euocat. Ait enim uenire obfessum et  
 quidem locum munitissimum, urbem dico Niniuem.  
 Hunc uastatorem alij existimant Nabuchodonosor,  
 quibus accedo, si patrem illius intelligunt, qui Ieru-  
 Salem destruxit. Alij prodiderunt in historijs Arbacen  
 Medorum præfectum et Belochum Babyloniorum  
 Niniuem euertisse, ut in titulo plenius admonui. Possue-  
 mus etiam uerbum נצור natzor in modo imperati-  
 vare, ut sermo sit ad regem Assyrium. Hostes tibi  
 adsunt, qui moenibus imminent: proinde urbem tuam  
 undiquaque redde tutiorem contra hostes, uallis, pro-  
 pugnaculis, et cæteris munitionibus, quemadmodum  
 et speculatori iubet constituere, animum obfirma-  
 re, copias contrahere. Ieronymus modo infinito acce-  
 pit, et nomen metzura pro obsidione, quoniam significet  
 locum munitum siue oppugnandi siue tuendi gratia. Se-  
 ptuag. putarunt nomen cum prepositione mem בצר  
 mitzar εν θλιψεω transferentes. Est enim ironi-  
 cum, quod iubet ad obsidionem se preparare, hostemque  
 repellere, quum nulla uis tueri posset immutabili sen-  
 tentia Dei ferociissimis hostibus addictos.

2 Sicut reddidit. Sententia est ualde obscura ex  
 ambiguitate uerborum שׁב schab et גָּרֹן geon,  
 Que Ieronymus interpretatur, reddidit superbiam:

## EXPOSITIO

Greci ἀπέσησεν ὑπερί, auertit contumeliam. Vnde mens prophetæ colligatur, quasi loquatur de iudicandis iniurijs populi iudaici. Sicut ultus est dominus Iudam de superbia Senacherib, sic ulciscetur **X** tribus, quæ à Niniue possidetur. Idem Ieronymus explanans editionem LXX interpretum ait: Mibi melius uidetur, ut contumelia, quam solebat Iacob ceteris fratribus, sit à domino auersa. Iudei commentatores cum paraphraste Chaldaeo, putant Iudeis promitti restitucionem in integrum, ut reducat eos dominus ad pristinam gloriam, ad terram Israël, instaurata urbe atque templo, et omni magnificetia reddita, quam habuerat ante infestationes hostiles. Illis uerbum בְּשָׁרֶת significat reducere, et בְּנֵי gloriā atque magnificētiam. Sed locum diligentius rimanti magis appetit utrumque uerbum in peiore significatione ponī, ut alterum significet auferre, alterum superbiam et elevationem animi, quæ frequenter insinuant per scripturarum diuinarū codices. Vnde propheta loqui perspicitur de Iudeorum castigatione per Assyriorum vexationem, ac rationē ostendere, per quam dominus finire decreuerit illā tyrānidem. Nempe, inquit, uterque populus et Iacob, id est decē tribus, et Israël, id est, duæ tribus probe castigatæ sunt, sustinuitq; docte semper incipiunt. Infracte sunt illæ superbæ ceruices, et contumacia in Deum subacta est. Expertæ sunt iustum

sum & seuerum iudicem, quem noluerunt colere ut benignum patrem: unde non ultra opus est Assyrio magisterio. Quoniam igitur ad meliorem frugem se recipiunt Israëlitæ, ac modestiam nunc redolent, Deumq; suum per tormenta cognoverunt, cui tempore felici responsabant, nullus tui porrò usus erit ò uirga Niniuitica, imo à patre cœlesti uolenter confracta in flammam abiçieris.

Vastatores diripuerunt. Ablata est proculdubio superbia Israëlitici populi, quem ita crudeliter hostes lacerarunt, nō modo rapientes opes & homines iugulantes, uerum etiam urbes atque totam regionem deuastantes. Id ipsum eloquitur allegoria de uitibus sumpta, quæ ab hostibus nō modo uacue fiunt decerpiti uiuis, sed & interdum stirpitus excinduntur. Qui locum intelligunt de Israëlis restituzione, hanc allegoriam torquēt ad Niniues interitum. Quos falli redarguit ipsum textum orationis.

<sup>3</sup> Clypeus fortius eius. Prosopographia depingitur exercitus Babylonicus, qui Niniuen subuertet. Quæ figura gaudent oratores diuini, utpote ad Vñq; Yrāp præcipue idonea, quæ in terriculamentis impiorū hominū expetitur. Sic Esaias V. capite, Ieremias V. cap. Abacuk I. capite Chaldaicū exercitū eviēti sermone uelut in aciem producūt ad terrēdos Iudeos omnem eloquij diuini admonitionē contemnētes.

## EXPOSITIO

**Ignitus.** Hebracicum uerbū significat ruffatum,  
quod Græci existimantes ex præpositione atq; nomi-  
ne conflatum reddiderunt ἔξινθρωπωμ ex homi-  
nibus, sicut & alia hic loci peruerunt minus atten-  
dentes rationem grammaticam. Significat autem uel  
diuitias & splendorem hostium, qui tempore quoq;  
belli purpurati sunt, quod Græcorum historia refert  
de Alexādri etiam militibus: uel truculentiam & for-  
titudinem, quia uestitu sanguinarios se profiteantur.  
Traditur & in monimētis rerū Lacedemonios rubra  
ueste usos in bello, ne crux manans per amictum di-  
scolorem aliquid animi hostibus adderet.

4. **Habenæ.** Ex uerbo Hebraico חַדְרָה, quod  
nusquam extra præsentem locum in diuinis uolumi-  
nibus repertum Iudeos quoque uehementer torquet,  
Ieronymus fecit habenas, sicut ex Septuag. ἡνίας.  
Res ipsa clamat uocem metathesi transformatam ex  
לִפְרוֹת, quod faces significat, Græciae quoq; impor-  
tatum uocabulum, qui homines λαμπάδας agno-  
scunt. Id suboluit etiam Abrahamo non obseue naris  
homini.

**Agitatores consopiti sunt.** Ieronymus à Græ-  
cis interpretibus in errorem abductus est, ut in alijs  
multis. Hi enim uerterunt ἐπαπῆς θορυβηθσούτου,  
opinantes scriptum בְּרַשִׁים pro בְּרַשִׁים. Vera-  
bum autem tumultuabantur, quod Greci bene repo-  
suerunt,

fuerunt, Ieronymus eo significatu accipit, quo dicitur  
 calix furoris et soporis. Intelligitq; agitatores uel for-  
 tes Israël ante, uel postea Assyriorum consopitos. Ve-  
 rum quia hic describitur fortis et invictus exercitus,  
 nullum locum habet sopor et dormitio, nec opus fue-  
 rit Hebraica uerba torquere a propria significatio-  
 ne. Dicit igitur Babyloniorum uincientium currus tan-  
 to impetu ferri, ut nemora contremiscant, immo ferri per  
 Niniviticas plateas, ut abietes concutiantur, quas uo-  
 luptatis et ambitionis causa conseruerunt, sicut in Ba-  
 bylonis pensilibus hortis proceræ arbores celebran-  
 tur. Quidam per abietes accipiunt proceres Ninivit-  
 ias, qui per cedros aliasq; arbores eminentiores subin-  
 de in sacris literis designantur. Quod uero Iaphet lu-  
 daicus tractator pro abiete intelligit hastas, hoc est,  
 rem confectam ex materia, et David Kimhi tela ue-  
 neno infecta, spinosiora sunt commenta quam ueriora.  
 Nihil autem simplicius et rectius, quam intelligere,  
 tanto strepitu inuehi, tamq; horrifico fulgore falca-  
 tos currus, quibus orientales populi multum in bellis  
 utebantur, ut maxima quæq; et robustissima urbis  
 Ninii contremiscant, haud secus, quam si turbo in syl-  
 uam admissus, abietes, pinus, quercus, ceterasq; pre-  
 cellentes arbores pulsaret. Hypotyposi namq; uult ob-  
 oculos statuere sortem cadentis Ninives.

s Recordabitur fortium suorum. Salomon

## EXPOSITIO

Gallus exponit de Assyrio rege, qui apud se statuat producere copias in prælium contra hostes obsidentes. Ita fermè & Ieronymus intelligit Assur quæ situ rum fortes suos, qui ceciderunt in plateis. His adstipulatur David Kimhi. Abraham Aben Ezra interpreta tur de rege Chaldæorum, & bene. Difficultatem & salebras loci huius tollet obseruata figura synthesis, quæ iungit nominatum singularem uerbo numeri pluralis. Quam figuram Græci explicantes apertius loquuntur, νολλονοδίστοντοι μεγιστας ουρανού, recordabuntur magnates ipsorum. Cetera huius capituli non pari prudentia & circumspectione absoluunt mutantes pronomen singulare in plurale, adiicientes etiam de suo nomen ἡμέρα. Sed quis indigaret omnia diuerticula interpretum ab Hebraica ueritate? Sensus authoris is est: Fortissimi uiri, qui sequuntur signa Babylonici regis, aggrediētes Ninivem memores erunt imperij, quod eis imperator suus dedit, qua parte urbem inuadant, quomodo impugnent, quæ præmia sint uictoribus proposita. Quas ob res omni formidine deposita tanto studio atq; promptius tudine festinabūt ad expugnāda mœnia, ut in agmine procidant, dum securi omnium periculorum irruunt ad muros eius, ad muros uidelicet Ninives. Nam hic quoque κατ' ἐραλλαχην pronomen ponitur uice nominis.

Præpa-

Præparabitur umbraculum. Hieronymi sententia est Niniuitas propter longissimam obsidionem præparare umbracula ad depellendos aestus, id quod nimis haufit è magistro Iudeo. Græci paulò rectius interpretatur, ἐποιησάσθαι τὰς προφυλακὰς αὐτῶν. Ad hunc propè modum Ionathas exponit de opidaniis, quod sint ædificaturi turres & munimenta. Nicolaus de Lyra putat significari tētoria Chaldæorum figenda circum Niniuen. Salomon Iarcheus expōnit pro umbraculo imperatorem, qui se armaturus sit. Abraham uult significari turres ligneas. Cui adstipulatur David Kimhi copiose definiens tectum trabibus compactum, sub quo milites tuti subruunt muros. Vbi queso te Lector attendas uarietatem interpretationum non certe natam ex magna caligine sermonis Hebraici, uerum ex ingenio tractantium, qui uel dormitarunt, uel sententiæ apud suum animum formatæ maluerūt uocem accommodare, quam Hebraicæ dictionis uim & proprietatem attendere. Hinc struita est uituperatio sanctissimæ linguae, quod sit ambigua, errans, incerta, siquidem interpres mutuum saepe dissideant, aut idem sibi nonnunquam parum constet. Quæ profecto culpa hominum est, non idiomatis Hebraici, quod certum & statum existit. Et licet passula quedam non sint exposita satis, aut fortasse non quam ad uiuum investiganda, hoc tamen illi commun

## EXPOSITIO

ne est cum Græco & Romano eloquio. Quot enim sunt adhuc Græcis & Latinis hominibus adde Germanos & alias nationes, nondum satis cognita uocabula, de quibus grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est? Certe oratiuncula præsens tam uarie multipliciterque exposita, si attendatur usus celebrior lingue Palestinae, uel sole clarior est, nihilque cōtinet ambiguum. Verbum enim **חַבֵּן** **חַבְנָה** huchan utique formatum est à **חַבְנָה** quod apparare significat, & præpositis literis characteristicis induit speciem passiuæ uocis atque præteriti temporis. **סִבְרָה** sochech uero non men descēdit à **סִבְרָה**, quod sonat Hebraicē tegere, operire, oculere, ut eo comprehendatur omne instrumentum tegendi atque defendendi, nimirum quo miles in obsidione protegitur, cuiusmodi sunt papiliones, tentoria, musculi, turres, plutei, vineæ, de quibus late atque luculenter explicant rei militaris præceptores. Hæc omnia breuis oratiuncula comprehendit proprietatem sermonis Hebraici obseruantibus, dum dicitur: Paratum est tegumentum. Cæterum quia de oppugnanda urbe sermo est, machine huc quadrare magis uisæ sunt. Propheta igitur innuit iam paratas machinas & munitiones, quibus utantur Chaldæi ad oppugnandam urbem Nini. Supradictum est ex historijs Græcorum obsidionem Niniues ad biennium protractam esse. Sed erroris scriptorum est, qui aliquantum

Quam ueritatis umbram affecuti transtulerūt in prio  
ra tempora quod posterioribus factum est.

¶ Portæ fluuiorum. Ieronymus intelligit per  
fluuios multitudinem populi Niniuen incolētis. Pos-  
sumus tamen in proprio sensu uerba capere, portas  
fluminum apertas, quoniam Niniue ad flumen Tigri  
dis sita est. Illud etiam concinit historijs referentibus  
insolitam inundationem fluminis muros deieciisse, ur-  
bemq; nudatam ad XX stadia. Vbi nota, quam pul-  
cher ordo seruetur, utq; spiritus prophetarū sibi con-  
stans oeconomiam aptissimā sequatur. Superius enim  
obsidione decantata, iam proclamat Niniue capta  
¶ aperta hostibus.

Templum ad solum. Hebraica uox significat  
edificium magnificentius, siue id regia sit atque pala-  
tium principis, siue basilica dijs cōsecrata. Septuagin-  
ta melius Βασιλεία, hoc est, regias aedes interpre-  
tantur. Dicit enim scriptor diuinus post deiectum mu-  
rum urbis, collicuisse quoq; regiam uel præ formidi-  
ne, ut rex cum aulicis desperata salute omne robur  
amiserint. Quo sensu continens pro cōtentio ponitur  
κατὰ μετωνυμίαν. Vel ipsa structura diffluxit in  
morem liquentis materiæ, uahementius Chaldaeorum  
tormentis quaßata. Si quis uero intelligere uelit tem-  
pla idolorum diruenda & solo æquanda, non etiam  
uulde abhorret à genuina sententia.

## EXPOSITIO

Miles captiuus abduct. Verbum Hebreis  
cum à Hieronymo uersum in militem uenit à צב  
iatzab, quod sistere significat. Aben Ezra dicit, quā  
diu locum istum uersauerit, nihil conuenientius sive  
currisse, quām quod Rabi Samuel cognomēto Nagid  
exponit, nempe ut regina intelligatur. His assentiantur  
Ionathas & Salomon Gallus, quoniā quidem regina  
aut concubina frequens sit in latere sui regis, iuxta il-  
lud psalmi quadragesimiquarti: Adstitit regina à de-  
xtris tuis. David Kimhi optime inter omnes Iudeos  
putat regiam significari, quae diu in magna felicitate  
persisterit. Cui opinioni suffragantur Septuaginta,  
interpretantes ὑπόστατης substantia, ut ita dicam,  
eius veste. Vnde sensus colligitur: Præsidium & arx  
firmissima, quae immoto gradu per multa saecula con-  
stituit aduersum insultus omnes, iam corruit, & urbs  
quam nunquam exercitus hostilis uidit, omni robore  
rudata est, firmamenta eius detecta sunt, ipsa ē medio  
sublata, eiusq; in urbem Babylonem præde abducta  
sunt. Verbum חללה paſſiuū est formæ hapheal,  
licet regulas communes parum sequatur ex uerbo  
הלה, quod ascendere significat, & euangelere, atq;  
interire κατὰ μετάλλιον, qui tropus uocem per  
interualla quædam aliò traducit, ueluti uerbum ascen-  
dere tandem uenit ad significationē abolitionis. Nam  
quæ sursum tendunt longius à nobis recedunt, & ex-

prosperitu subducuntur, ut tandem nobis intereant. Qui sermonem fieri putant de regina, exponunt in currum tollendam ac in seruitutem abducendam.

Ancillæ Hieron. uel captiuas mulieres intelligit, uel per metaphoram oppidula, uicos, castella. Aptius est, ut matronas intelligamus in seruitutis miserrimæ conditionem redactas, quæ modo reginæ atq; principum uxores in ampla fortuna mollissime uiuebat. Eas quoque insuauit sermone accipit, sic fortunam exilijs & impendentis calamitatibus proponens, ut simul ad mortem at corruptissimæ uitæ, ex qua in istam miseriam deuenitur. Minabatur gementes, inquit: uel iuxta uim sermonis Hebraici. Secutæ sunt morem turturum gementium. Verbum enim θύειν & iter pedibus facere significat, & naturæ ducatum sequi. Dicit ergo: Mulieres uoluptatibus affuentes & risu immodico, iocis illiberalibus, omnibusq; uitiorum illeccbris assuetæ, postquam uenerint in potestatem hostium crudelissimorum, graui quidem animi dolore suam conditio nem miserabuntur, sed tacitum prement ac intra se gementi grauiora metuentes, ut nec lachrymas & cunctus liberos habeant.

Murmurates in cord. Hoc Hieronymus transstulit exemplo Græcorū, qui reddiderunt φθεγγόν πλον στοὺς καρδίους αὐτῶν. Proprie uero significat θύειν Hebraicū tympanum pulsare, quod Na-

## EXPOSITIO

hum usurpat metaphorice, significas fore, ut plágant  
seq; afflictantes pectora uelut tympana pertundant.  
Illud etiam uicissitudinem indicat mollissimæ atq; deli-  
catissimæ uite, quam prius immoderate usurpauerat  
gaudentes choreis ac lasciuis saltationibus. Iam enim  
hoste in exilium trahente, magna erit occasio, ut res-  
sim ductitent, uel potius funibus alligatae sequantur,  
quo libido hostium fert, ut sibi tympanum increpitet  
facientes modos Græcos, aut Italicos, aut Maurulos,  
aut Germanicos, aut quamcumque libet harmoniam  
saltitare. Sic etiā populi Christiani mores compositi  
sunt, ut nō certius ominari liceat, quād captiuitatem  
Thracicā, in qua corruptissimis mulieribus eueniāt,  
quod olim Assyrio gynæcio accidit. Sunt qui palpi-  
tationem pectoris intelligant. Sed prior sententia ma-  
gis arridet, in qua et nomen כְּלֵב cor, non adeò pro-  
prio significatu ponitur pro pectore.

s Et Niniue quasi pis. Coccina homœosi con-  
parat Niniuen receptaculo aquarū ampliori, ad quod  
omniquaq; flumina congregantur. Sic enim urbs illa  
ex prædis et rapinis cōsuta ab antiquo rapuit omnia  
um opes, et ingentes aceruos cōgesit, quos uictores  
Babylonij diriperent. Sic Esaias cap. XXI. Babylonia  
nem uocat desertum mare, et Ieremias quinquagesima  
moprimo alludens ad hoc, ait: Desertum faciam eius  
mare, et siccabo uenam eius. Ex eodem genere pro-  
pemodum

Pemodum existit, quod Abacul Chaldaicum exercitum ad similitat uerriculo, quod omnibus nationibus iniectum contrahit opes, quas Babyloni ceu piscine infundat.

Aquæ eius. Hic uitiū irrepit in Latinos & Graeos libros Bibliorum, dum interpres cæcutiunt ac pro simplici nomine נָהָר aquas significatē legūt, quod compositū est ex præpositione mem & nomine נָהָר, quod dies significat. Hoc autem (à diebus) Hebraicum eloquium ponit, pro eo quod Latini dicunt, ab antiquo, iam longo tempore, iam aliquot sæculis, & similia.

Fugiunt. Crebryæ sunt uices in orationibus prophetarum, quas nisi diligenter obserues, non raro sententia frustrabere. Dixerat in metropolim Ninū opes immensas cōgessisse Assyrios uelut in piscinam: nunc subdit Niniuitas fugere, de repente proclaimans quasi fugientes cerneret. Quo absurdo & inexpectato spectaculo in has uoces erumpit. Illi domitores iniusti, qui omnium populorum diuitias in urbem suam comportarunt uelut in perpetuum thesaurum, qui nullum genus crudelitatis & iniustitiae prætermiserunt, ut gentibus uniuersis exhaustis regiam suam constiparent, quasi perpetuos fructus essent percepturi, nudè iam uelut ex incendio aut naufragio diffugiūt, ac hostibus relinquunt, quod longissimo tempore partum

## EXPOSITIO

est irrecuperabili detimento famæ atque cœlestis beatitudinis.

**State.** Sermo ad fugientes. Cur fugitis? cur deseritis urbem? cur immensam uim auri & omnium rerum preciosarum posthabetis? Vbi uirtus pristina? ubi saeimora iactationi & glorioſis spiritibus respondentia? Quin arma corripite, aciem instruite, ac profectis & aris, ut decet uiros, decernite. Hæc propheta loquitur in persona cuiuspiam uiri fortis, qui cupit tueri patriam.

**Non est qui reuertatur.** Is qui iuſſerat gradū ſiſtere ac urbem defendere, ad ſe conuersus loquitur: Nemo rēſpectat me inclamare, tantū abeft ut poſſint ex turpiſſima fuga in ſtationē retrahi. Et belle adumbrantur huiusmodi figuris loquendi offensi numinis agitationes. Nam Aſſyrii, qui ante hac ignorabant terga uertere, iam ſententia diuina perculſi, ne ad momentū quidē temporis audēt ex fugā respicere. Deus enim eſt qui dat uictoriam, aut in fugam cōuertit.

**Diripite aurum.** Sermo iam ad uictores Chaldeos uertitur, uel Deo, uel propheta, uel potius imperatore alloquēte milites, ad hunc modum: Quoniam iſti fugitiui uobis hæc rapiēda relinquunt quaſi pertæſi diuitias, diripite ḥ milites fortissimi ueſtre uirtuti proposita p̄m̄ia: Et accipite ḥ φρόνως, ſiquidem p̄d̄a non eſt exigua, ſuper qua oporteat uidum m̄item

Item digladiari. Sed urbs quam cepistis, grauida est omnium gentium rapinis, referta est omnibus rebus preciosis, ut nihil desit, quod libido humana queat exceptare. Iosephus antiquitates Iudeorum tradens perstringit etiam uaticinium huius authoris, & uerba explanat, Niniue quasi piscina aquarum, quæque sequuntur. Sed iuxta proverbiū οὐδὲν πρὸς ἔπειρος dicit, aut certe parum, si quid iudico. Quod hic redditum est, onusta est, & à Septuag. Bebæputou aggrauita est, (sic enim legendum colligitur ex Ieronimi commentarijs, non Bebæputou ut vulgati codices habet) in Hebræo nomen substantiū est כְּבָרֶה cabod, tum grauitatem tum decus atque honorem significans. In Latina editione qua utuntur ecclesiæ Christi, nescio quo casu transmissum conspicitur ab Hebraice peritis omnibus.

<sup>10</sup> Dissipata est. Metaphoræ perelegates & alius uerborum continentur in Hebræo, quæ in Latina & Græca interpretatione haud exacte resonant. Buta, mebuta, mebylla. Tanquam spectauerit diripientes Chaldeos attonitus hec eloquitur, ut grauitate fati impendentis magis representet. Putabam, inquit, opes & thesauros Niniuiticos sufficere quantumvis magno & auaro exercitui, ut non modo expleretur, sed ne posset quidē auferre uniuersam prædam. Sed quantum video exhausta est urbs ditissima, & funa

## EXPOSITIO

ditus euacuata est, insuperq; uelut inane ac uetustate  
attritum marsupium à petulante milite lacerata est.  
Ieremias eadem ferē loquitur uaticinās interitum Ba-  
bylonis, ut uideatur ad hunc sermonem Nahumi respe-  
xisse. Liquido autem propheta in urbe Nini tanquam  
in speculo finem diuinarum indicat, propter quas sto-  
lidi mortales tanta perpetiuntur, toties simulantes, fal-  
lunt, mentiuntur, peierant, frangunt fœdera, negli-  
gunt omne ius & fas, contemnūt iura diuina & hu-  
mana, tam uaria discrimina subcunt, tot homines inno-  
centes crudelissime trucidāt, tot regiones cultissimas  
uastant, omnia permiscētes cruentore flammis & ruinis.  
Hæc auaritiæ fortuna est, hic etiā perditæ ambitioni  
finis stat, ut postquam homines animam suam, que to-  
tius mundi bonis & equiparari non potest, sæpius æter-  
nae damnationi fecerint obnoxiam, nolo enim alia dia-  
cere præ illis leuia, per se grauiſſima, uniuersum il-  
lud, quod diu partū est, relinquatur superbo uictori.  
Sic theſauros Niniues de ſpolijs & rapinis omnium  
gentium extructos, rapuerunt Babylonij. A quibus  
translati sunt ad Medos per Cyrum & Dareium. In-  
de mox ad Persas, inde ad Macedones deuicto ultimo  
Dareio per Alexandrū magnū. Ad Romanos postea:  
quos diripuerunt Gothi & Hunni cum alia septen-  
trionis barbarie. Quos rursum ſpoliauit Carolus Ma-  
gnus. Post id tempus ualidius pugnarūt ſimulata relli-  
gione

gionem summi pontifices, qui sumis & purgatorijs  
ignibus magnam orbis habitati partem uastarunt, &  
indulgentijs, nundinatione missarum, redemptionibus  
meritorum & precum, cæterisq; mercibus Romanen-  
sibus regna ciuitatesq; euiscerarunt diuitijs Romam  
congestis. Illam nuper exhausit Caroli Cæsaris Au-  
gusti exercitus multis adhuc paſſim uellicatibus opes  
ecclesiasticas, ut uocantur. Aduersum quos pontifícia  
cohors satagit, in bonos interim pessima quæq; moli-  
ens, ut pristinam conditionem recuperet. Quod au-  
ritia certamen obſidentis omnium capita, ut prophe Amos 9.  
ta dicit, magnum haud dubie malum dabit orbi Chri-  
ſiano. Dij talem terris auertite pestem.

**Cor tabescens.** Naturale illud est, ut in magno  
metu cor diffluat, artus tremor occupet sanguine con-  
fluente ad cor opis ferendæ gratia, utq; in sede renum  
infirmitas oboriatur, quæ aquas immundiores in ue-  
ſica nonnunquam ciet. Iſtis igitur naturæ notis signifi-  
catur ingens formido, quæ capiet ciues Nini. Quo tro-  
po uititur & Esaias XIII capite. Vniuersa quoque  
scriptura sancta illo genere loquendi referta est, ut  
per obſeruat̄ naturæ notas & indicia, hominum af-  
fectiones designet, ſive quis periphrasim appetet, ſi-  
ue potius synecdochen, id est, ſubintellecctionem. Hoc  
modo dicitur frons robusta, ſublimes oculi, malus ocu-  
lus, eftus narium, fodere faciem, uellicare aurem, tim-

## EXPOSITIO

nitus aurium, et id genus infinita. Quæ si quis diligenter attendat non penitendam facultatem sermonis Hebraici assequetur.

Nigredo ollæ. Per similitudinem designat luridam speciem, quam pauidi aut fame atque inedia similiue casu adflicti praesertim gerunt in facie. Hac oratione usus est etiam Iohannes secundo capite. Esaias quoque XIII. Per metaphoram dicit Babyloniorum facies adustas ingruente hoste.

11. 12 Vbi est habitatio leonum? Sarcasmus est, quo satis hostiliter insultat uictis Assyriis. Adhibet etiam orationi pulcherrimæ, allegoriæ gratiam præter figuram irrisioñis amarulentæ. Sic enim oratores in exornando sermone plures sepe colores miscent: quemadmodum pictor ex multis interdum coloribus nouæ pulchritudinis speciem producit. Niniuen igitur confert lustro leonum, quippe sedem potentissimi tyranni, ex qua in omnes regiones prædatum excurrebat. Leones semiadultos uocat principes et reges Assyriorum summo monarchæ subditos. Catulos leonum dicit regiam sobolem. Leenas reginam et principum virorum uxores atque concubinas, in quibus omnibus conspicua fuit leonina saeuies, ut uellent sibi uoluptatum materiam subministrari quantocunque detimento populorum coniunctam. Vestigia stationes porrors significat per lacerationem: prædas autem et spoliis hominum

hominumq; internacionem per laceras partes animan-  
tis. Iam speluncas & cauernas ponit pro arcibus, op-  
pidisq; regni, ad quæ spolia deuictarum gentium di-  
stributa sunt. Hanc allegoriam Ezechiel quoque ac-  
commodat regibus Iudaicis cap. decimonono. Prono-  
mina Hebr. affatim adhibent, quæ tametsi auribus La-  
tinis fastidiū pariant, relinquo tamen libēter quoniā  
vocabula rebus suis proprius adstringunt.

13 Ecce ego ad te. Insultans urbi captæ dixit, ubi  
est latibulum leonum? significans ita funditus delen-  
dam, ut nulla uestigia relinquantur, & non queratur  
de illa iam, qualis est Ninive? sed omnino perueniens  
ad sitū Niniue percontetur, ubi sita fuerit urbs à con-  
dito mundo famosissima? Idipsum futurum nemo cre-  
dere potest, ut tam potens urbs, tot regnis fulta, tantis  
opibus & copijs pollens, tam firmis tuta munitioni-  
bus capiatur cōsilijs aut uiribus humanis. Rex quoq;  
Assyrius intra Niniuen se putat esse tutum ab omni-  
bus insultibus, ut sibi liceat impune totum orbem uer-  
sare pro sua libidine. Ad hæc nullus princeps uidetur  
superesse, qui saltem in animo suo audeat moliri bel-  
lum in Aßyrios, si qua detur occasio. Quū igitur non  
sit opis humanæ confirmatam tyrannidem euertore,  
ac Deo solo tantus triumphus repositus cognoscatur,  
in hac insultatione iterum iterumq; dominus profi-  
tetur se bella gesturum cōtra Niniuen. Ego, inquit, te

EXPOSITIO

aggrederi Louis dominus copiarum, cuius imperio ta  
ta hæc mundi compages obedit, ut nullo negotio uel  
coelitus opprimā, uel ex hominibus conscribam exer  
citum, qui me ducatu & auspicijs rem gerat felicissi  
me. Hoc domino creaturæ totius oppugnante, omnis  
humana uis ludicrum uidetur. Et contraria, si dominus  
wæs auæctiæ in partibus nostris fuerit, quis supe  
rabit nos? Sola igitur pietas & numinis reverentia tu  
tos reddūt ab insultibus quibuslibet. Nisi enim domi  
nus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit  
eam. Adhuc tamen uigilandum est, utendum est in  
strumentis, quæ prouidentia diuina rebus conficien  
dis destinauit, non quod in illis friuolis posita sit fa  
cultas conficiendi, sed quod Deus λόγος & ordinem  
talem proposuit, diligenter in lege constituēs: Non ten  
tabis dominum Deum tuum.

**Comburam.** Modum gerendi belli ostendit, quū  
dicit, Comburam currum eius in fumo, ut quæ curri  
bus falcatis confisa est potissimum, & suo equitatu  
regna fatigat, sic prematur malis, ut curruis intra mo  
nia se continere optent, sed nō possint ibi uelut extra  
teli iactum cōsistere. Futurum enim, ut flamma hostili  
cremante uim curruum, Niniuitæ fumo expellantur,  
quomodo uulpes & aliæ feræ suis cauernis pelluntur.  
Alludit autem ad allegoriam superiorem leonine pro  
sapiae in lustro Nini delitescentis, unde sit per ultio  
nem

nem diuinam effumiganda. Preçinit quoque catulos  
leoninos, hoc est, tyrannicum seminarium gladio con-  
cidendum. Finis etiam dicitur optatissimus & auditu  
iucundissimus tam Iudeis oppressis, quam alijs natio-  
nibus nempe isto bello effectum iri, ut non minus cru-  
delis quam iniustus Aßyriorum dominatus conuel-  
latur, nec amplius audiantur in omnibus locis nuncij  
Niniues, qui minetur bellum, qui uictigalia exigant,  
qui altitonanti conuictum faciant & blasphemas lite-  
ras mittant in Ierusalē. In pronomine tuī **טְלָאַבְרָכָה**  
acumen grammaticum latet, super quo grauiter Iu-  
dæi disputant. Optimi ex eis & coryphæi tradūt pa-  
riter masculini generis & fœminini, ut tam regē atin-  
get, quam metropolim Niniuen. Pro uerbo **רְהִבְרָתִי**  
& excindam, pro quo Hieronymus reddidit extermū  
nabo secutus Græcam tralationem, putauit hoc loco  
aptius in auertam, aut amoliar, aut tollam, aut simile  
quoddam uerti. Porrò quum tam splendide promittat  
Nahumus uerbis Dei, futurum ut Niniue cum rege to-  
toq; corruat imperio, næ ille insigniter mendax habi-  
tus est, quum postea Senacherib in Iudeam ueniens  
omnia uastaret, adeò ut de Ierusalem quoque actum  
pleriq; putarēt. Bone Deus, quos sermones, que pro-  
bra impij homines in Dei prophetam iactarūt? Heus  
uates egregie. Occubuit ne an superest Aßyrius? ut dī-  
te perdant, deaq; omnes, qui tuis dictis & scriptis in

EXPOSITIO

nostra capita instigasti acerrimum hostem. Nobis lo-  
qui conueniebat, alios missos facere. Quid ad nos As-  
syria negotia? Quales contumelias hodie quoq; pro-  
pudiosi homines in Euangelijs præconium effundunt,  
quoties oboritur nonnihil calamitatum. Sed istas uo-  
ces diabolicas & feralium coruorum crocitations  
oportet contemnere atq; tota libertate & sincera si-  
de proloqui, quod in oraculis conscriptis mandauit  
dominus. Is aduigilat uerbo suo, ut faciat illud, sicut le-  
remiae pollicitus est.

CAPUT TERTIUM.

**P**rosequitur institutum sermonem de occasu Ni-  
niues, apte iam interserens flagitia, ob qua po-  
tentissimum regnum diruatur. Sic enim iudicia  
sua Deus optimus prodit, ut simul rationem & causas  
pereundi ostendat, quatenus hominum interest ad ca-  
uendum. Quod liquidissime cernitur in sermonibus  
Ieremiæ, quibus infestationem Iudaicæ gentis præci-  
nit, ut simul peccata indicet, quæ castigari oporteat.

**V**& ciuitati sang. Exclamatio plus mouet atq;  
penetrabilior est, q; simplex enunciatio: Niniue ple-  
na est cruento, mēdacio, rapinis, luxu. Primum crimen  
est homicidij, quo nihil fœdius, nihil alienius à natura  
hominis, nihil deo magis exosum. De quo infinitæ sen-  
tentiæ scripturarum sunt & exempla innumera. In-  
tucantur igitur in miserabile fatum Niniues, qui la-  
trocinijs

trocinij meritorij et lanienae hominum se semanci-  
parunt, similemque finem sibi propositum haud dubie  
meminerint. Alterum est mendacij et perfidie, quod  
paetis non stetit, foedera soluit, opem promissam nega-  
uit, malis artibus et dolis deuinxit, quos armis subi-  
gere plus habebat negotij. Quas species impietatis  
et uitia profligatae mentis, ut apostolus indicat pri-  
mo cap. ad Romanos, hodie ciuitates et principes  
complusculi existimant prudentiae opera et rerum pub-  
certissima firmamenta. Sed Niniuen ex summo fasti-  
gio in profundum coenum deiecerunt, ex potentissi-  
mo regno ad nihilum redegerunt. Sancta fides colu-  
men est regnum, cui dominus fautor est, aut ex pe-  
niculo impendenti eripiens, aut leuem fortunae ictum  
gloria immortali compensans. Tertium est iniustitia  
indissolubilis comes auaritiae et luxuriae, quod Ni-  
niue per fas et nefas quo iure quaque iniuria opes  
aliarum gentium rapuit. Quod malum hodie tam late  
regnat publice atque priuatim, tam uarias habet vias,  
ut non mirum sit manum irati Deiflagella nobis incu-  
tere. Ad quae tamen nescio quomodo callum obftina-  
tionis duximus, ut uideatur dominus utres percutere.  
Sed perget stultos uelut ptisanam in mortario contun-  
dere, qui nolunt ad percutientem patrem conuerti.  
Luxum quoque uitiae occultius perstringit, ut inferius  
admonetur.

## EXPOSITIO

Non recedet rapin. Duplicem habet intellectum, uel quod modū nullum seruet Niniue in rapiendo & lacerando. Quo significato uerbū שׁוֹר li-  
cet in forma hiphil neutrale existit, sicut Hieronymus accipit, & psal. 55. tam in Latina editione quam Græca. Vel quod urgentibus fatis ad extremum nihil de omnibus rapinis ablatura sit. Id quod rectius intelligitur, quandoquidē enumeratis sceleribus cōdignum supplicium adiicit. Atque isto sensu actiue significat, sicut & in forma prima Malachia 3. Ita & Kimbi intellexit exponēs hunc locum: Nullus eorum lacerationi seipsum subducet. Ceterum uocem פָּרָק, quam Septuaginta uerterūt δελτία, Aquila ἔξαυχεισθαι, & alibi κυβερνίσθαι, Symmachus δερπούιον & in altera editione μελοκοπία, Iudæi plerique intellexerūt anfractus uiarū significare. Hieronymus optime uertit in dilacerationem.

<sup>2 3</sup> Vox flagelli. Hieronymus admiratur ualde hanc hypotyposin dicens: Tam pulchra iuxta Hebraicū & picturā similis ad præliū se præparantis exercitus descriptio est, ut omnis meus sermo sit uilior. Idem exponit locum hunc de potentia Niniues, quod ea sit in aduersarios suos illis rebus abusa. Verum diligenter omnia inter se se conferenti apparebit haec hostibus attribui. Depingitur enim uictor exercitus in capta urbe grans & exultans, ut formidolosum illud

*Iud spectrum Niniuiis ostentatum moneat clemētius  
agere in captiuos Iudeos. Congerit nanq; terrifica,  
quibus miseri ciues domitæ urbis conficiuntur, & si-  
mul occulta oppositione indicat, qualis fuerit antè  
status quiq; luxus Niniues, ut fortuna in contrarium  
relapsa sibi aduersa nunc experiantur, in quibus ante  
lasciviebant. Ipsa oratio ἔσωθ' ἐτῶς enūciata pun-  
git multis ictibus, quemadmodum gladius ab irritato  
næclementius crebris plagiis infligitur corpori.*

*Vox flagelli. Niniuitæ principes delectabantur  
equis ferocibus, & in multiplices gyros se torquen-  
tibus. Matronæ suas delicias habebant in essedis &  
petoritis, ut succussionem quoq; uehiculi expeterent  
præ superbia. Illis adfore prædicuntur Chaldæi, qui  
calcitonibus & subsultantibus equis territabunt, su-  
osq; currus per urbem inducent cum ingēti fragore,  
ut omnes despondeant animum, & mortis discrimen  
ob oculos uideant, undiq; resonante quadrupedantis  
caballi succussione, crepitu scuticarum, stridore cur-  
ruum, strepitu armorum, hinnitu, fremitu, barbarico  
clamore hostium. Simul ædetur strages hominum, ut  
in omnibus plateis & uicti Niniuitæ uel fugam ca-  
pessentes, uel si quis ausus est pugnare, per cadauera  
sua corruant, hostesq; ceu sterquilinium prostrata  
corpora conculcent. Pro uoce flagelli reddidi quod  
propius quadraret loco præsenti, crepus flagelli.*

EXPOSITIO

Quod Hieronymus uertit in quadriga feruentis, &  
Græci non absimiliter ἔρματος ἀναβασόντος,  
magis significat currus exultas, uel uerbaluoce, cur-  
rus exultat. Est enim participium formæ frequentatiæ,  
temporis presentis. Eodem modo proferri posset, equus  
salit, quod Hebræi dicunt סָרֵס, & à Hiero-  
nymo uersum est, in equi frementis, à Septuaginta  
ἵππων πικρόντος, à Sancte incutientium equorum.  
David Kimhi exponit uerbum id significare, quum  
equus uehemeter pedes terræ incutit. Rabi Isaac illius  
sententiam confirmat explicans per חַסְתָּה חַסְתָּה  
derisath hasus, id est, inculcatione equi, ut Iudicum 5.  
cap. Salomon larcheus interpretatur glossula nonibil  
diuersa רַזְלָג וּמַקְפָּצָח doleg umekappetz. Quem  
secutus reddidi equus salax, ingenium equi alacris &  
ferocientis senties, qui crebris subsaltationibus in au-  
ras se tollit, spumat, fremit, mordet frenum, ruspatur.  
Hunc ob nimiam exilitionem salacem appellauit, pro  
communi significatione nominum in ax. Non autem  
ignoro grammaticos putidiore sensu dicere, salacia  
animalia. Porro ubi Hieronymus exemplo Græcorū  
interpretum reponit equitis ascendentis, in Hebræo  
uerbum est transituum בְּעִלָּה formæ hiphil, signi-  
ficans ascendere facit, ut necessario ad plenam senten-  
tiam aliquid extrinsecus intelligatur, uel quod agita-  
tor sustulerit habens, uel quod epibata brachium &  
arma

arma sustulerit ad prosterendum hostem. Kimhius addit **להב חרב** excitauit fulgorem gladij. Van plerunq; coniunctio copulatiua, hic ualeat pro aduersario temporis, etiam authore Dauidie Kimhio. Cuiusmodi est illud est in Genesi, sustulit Abrahā oculos suos & uidit, hoc est, postq; extulit oculos, uidit. Pro hasta κατὰ σκυνθόχη apposui cuspidē, partē. s. præferatam, quæ polita est extersa splendet atq; coruscat.

4 Propter multitudinem, iterū assignat causam tantaē clavis tamq; lachrymabilis fali, nempe malas artes, quibus Ninive maximam orbis partem pro sua libidine uersauit. Id quod ante perstrinxit dicens plenam esse mendacio. Utitur autem allegoria nobilissimi scorti, in cuius moribus tum facta Ninives tum exitum euidenter adumbrat. Splendidum quoq; consimilis allegoriæ uestitum Ezechiel induit populo iudaico decimo sexto cap. & uicesimotertio: & Ieremias XIII. capite. Esaias autem cap. XXIII. Tyro aptat eiusdem generis parabolam. Comparat igitur Ninuen insignissimæ alicui meretriculæ, qualis fuit Thais, aut Lais Corinthia, quæ formæ præstabilitate, ingenuo, blandicijs, iocis, salibus, lepore, motibusq; corporis ad illiciendū compositis cum uniuerso cultu corporis omnium sibi amores conciliat. Si quis autem rigidior est, atq; sensibus obdidit claustra, ut non facile capiatur istis illecebris, ei uim adhibet magicis ar-

## EXPOSITIO

tibus. Vulgo enim persuasum est carminibus & philo-  
tris amorem cœciliari, rursumq; poculis & excantationibus expectorari. Porro quos in laqueos istos induxerit, obstrinxeritq; cingulo Venereo, sic demetat, ut famam, caput, fortunas, breuiter omnia quæ solent hominibus chara esse adfligat, nō minus ridēdos quam miserandos & infelices proponēs. Eiusmodi uita mere tricū uix alium euentum nanciscitur, quam miserrim & turpem, ut forma uel annis uel morbis absumpia in contemptum atque extremam deueniant paupertatem. Talis fuit Niniue, que statim in primordijs allexit populos clara origine, ut que esset colonia regni Babylonici ante omnia per Nimrodum constituti, mox & magnificētia, comitate, insidiosis beneficijs, opibus, rebus gestis. Quibus rebus aucta & stabilita, ut putaret imperium se habere inferēdis & repellendis iniurijs idoneum, armis coëgit nationes sibi obtemperare. Ceterum ubi maius periculum uidebatur, quam operæ bellicæ precium, ad malas artes, ad dolos, ad perfidiam conuertebatur. Cum alijs iungit fœdera, & quos ueros deos profitebatur, contemnens fidem fallit, atque incautos pessundat. Alijs ultiro promittit omnem operam, & populos inter se committit, quos mutuis cladibus attritos, suę ditioni subigit, exemplo aquilæ Aesopicæ pugnam dirimēs. Alios territat, alios prodit, alios deserit, ut nemo iam tutum

tutum sibi crederet uel odium pre se gerere contra potentissimum dominatum. Hinc factum est, ut pro arbitrio suo maximam partem orbis sursum ac deorsum permiscuerit. Quam licentia tractandi gentes pro sua libidine propheta uocat גְּנָזִים artes probra & conditiones meretricias: quod Hieronymus fornicationes uocat, Septuag. οὐρανίων. Sunt autem illius formae aliquot nomina pluralis numeri, quae mores affectiones & omnino conditionem alicuius ordinis significant, ut neijrim, zelunim, bethulim, zenunim. Ceterum ubi Latina & Graeca duarum rerum habet uocabula speciosae & gratiae meretricis, Hebraica ueritas unum terminum complexum habet prestantis gratia, uel, meretrix bona uenustate synecdochicws. Ad haec Hieronymus per fornicationem intelligit idolorum culturam, & per incantationem magos, quibus abundauit Niniue. Qui sensus istorum uerborum in diuinis scripturis non raro conficitur. Sed ut dixi per formae elegantiam uidetur hic designari dotes & beneficia Dei collata in Niniuen, quae conuertit in perniciem aliorum gentium. Per illud autem quod dicitur, Habes maleficia, siue ut Graeci eleganter interpretati sunt ἡτομέλιον φαρμάκων princeps & magistra ueneficiorum significari uidetur ingenij uafricies, quae suas res confidere nititur haud pensi habens interim instituta numinis eterni.

## EXPOSITIO

Ecce ego ad te. Persistens in allegoria mere-  
tricij quæstus iam vindictam Dei pronunciat in Aſſy-  
rios tantis maleficijs condignam.

Reuelabo pudenda. Huius capituli periochen  
Septuaginta melius reddiderunt quam Latinus inter-  
pres. Illi enim posuerunt pro pudendis τὸ ὄπιστον,  
id est, posteriores partes nimiri uestium. Vox enim  
Hebraica נְסָתָה fimbrias significat et ultimum lim-  
bum uestimenti. Sicut igitur uestimentis sublati supra  
caput apparent nates, et quas partes natura occula-  
tari iubet, omniaq; uicia corporis prodūtur: sic Deus  
minatur Niniuitis qui omnibus suspiciendi fuerunt,  
quam diu uoluntate diuina floruerūt, nunc à domino  
desertos omnium fore cōtemptissimos. Tandem enim  
uenit tempus, quo manifestatur, quam nulla sit homi-  
num potentia, etiam illorum, qui permisso Dei splen-  
didiſima sua fortuna omniū oculos in ſe conuerterūt.

Oſtendam in gentibus. Amplificandi gratia  
figuram interpretationis adhibet, qua res eadem ite-  
ratur mutatis uerbis. Ea figura Ciceroni gentilium  
oratorum Deo familiarissima est, et Dei oratoribus  
non poſthabita.

Proiçiam super te abomin. Quemadmo-  
dum proſlibulum uile ab amatoribus fastidiosis et  
naueabūdis quandoq; cōtaminatur, aut à petulantie-  
bus pueris iniecto coeno et rebus quibusuis folidio-  
ribus

ribus inquinatur: sic Deus infamia ex omni genere contumeliarum affecturus est Niniuen tradens Chaldaeorum genti uexandan, ut illis quoq; fiat ludibrio, qui præ metu hac tenus non audebant hiscere, quiq; illius amicitia gloriabantur.

**ברא**  
 Iudei pro re foeda et cõtemptissima exponunt exēplo Ionathæ Chaldae, quæ plurimi faciūt cū cæteris Syris translatoribus. Sic enim Ionathas Καὶ αφράξεις uerbis Chaldaicis **וְאִשְׁרָנֹד מִכּוּרָא לְעַבְדֵי כָּל חָזֶר** id est, reddam te uilissimā coram omnibus intuetibus te. Melius Hieronymus, ponā te in exemplū, et Sep. Εὐομούσι σε ἐν τῷ πάθει γένους. Est enim cōpositū ex nota similitudinis capi et uerbo **רָאָה** quod uidere significat aut spectare, ut cōpositū id ualeat, quod Germanis ein schowospil. Et hoc alijs quoque locis scripturæ competit, in quibus ea uox ponitur. Iam tota loquendi formula Hebræorum **שְׁמַתָּזֵר בְּרָאֵי** significat illud, quod Latine oratiunculae, faciam te ostentui, et ad me in te exempla, reddam te spectaculum et similia. Proim ad Niniuen dicit dominus exercitū. Sic te tractabo, ut omnes in te nationes oculos cōuertant, et discant qualē euentum sortiātur impietatis atq; violentie facinora. Vbi sapientia bonitasq; diuina considerari debet, quæ supplicia malorū ad profectus bonum dirigunt. Etenim quū sint tria puniendi ge-

## EXPOSITIO

nera, uel potius rationes puniēdi etiā Græciae philoſo-  
phis obſeruatæ, dominus Deus unice quærēs ſalutem  
generis humani uoluit oēm poenā eſſe ποικιλία,  
id eſt exemplū, ut ceteri à ſimilibus peccatis metu co-  
gnitæ poenæ deterreantur. Vnde ſunt omnibus etatis  
bus inſigniora exēpla in quaſdā gentes, aut homines  
ſingulares edita, ut et alij danno alieno ſaperent, ac  
inſania pereuntiū bene uterentur, id quod imprimis  
ſcītum arbitratur comicus. Procurauit etiā ſapienția  
cœleſtis eorundē exemplorū uim in ſacros libros re-  
ferri, que diuini oratores aptiſſime repetūt, ac pre-  
ſentibus rebus accommodat. His uæhemēter homines  
prudētes et εὐλαβῆς attendūt, atq; iudicia Dei con-  
templantes inde diſcūt, quid ſibi ex uſu ſiet. Quemad-  
modū in Actis apostolorū legitur ſupplicio perfidiæ  
ſumpto de Anania et Saphira ingentē formidinem  
inuafiffe homines. Quapropter nostri quoq; homines  
qui iactitāt fe habere omnes principes finitimos uice  
procorū, diligenter ſibi prouideant, ne quando ſimi-  
lato cum Niniuitis defungantur. Nam quando puellæ  
ſpecies ambitur, pudicitiæ ſtruūtūr inſidiæ, et proxi-  
mus gradus eſt, ut ex uirgine præbente aures ſermo-  
nibus corruptis fiat meretricula, mox frōtiſ perfricta  
ſcortū, inde ſcortū exoletū et putidū. illud ferme co-  
mitatūr inſamia, cōtemptus, fastidiū, elephatiſis, mor-  
bus caducus, poſcæ Gallicæ, et breuiter Ἀγρυπνία.

Et

Eterit omnis qui uid. Hoc etiam Niniue de more scortillorū eueniet, ut qui plurimi fecerāt eam, qui adhæserant amicitiam simulantes, aut qui ui et metu ad quēlibet obsequia deuincti fuerāt, iam turpitudine illius detecta resiliat, sicut fastidio et horrore capti amatores, et dicant:

Vastata est Niniue. Quod LXX interpretati sunt διλαύα, vivevi, ut miserationis affectum repræsentarent. Germani significatius diceret: Niniue ist nūt mec/oder zenity worden. Significat enim uerbum נְנִינֵה suo statu deiisci, et in peiorē deuenire conditionem. Vbi et quidam codices habet ad literā schin adpositam uocalem kibutz, ut sit passiuum formule pual, quam scripturā Ionathas quoq; secutus est. Dicent ergo gentes subuersa Nino: Perdidit hēc urbs omnem pulchritudinē et dignitatē, amisit robur, amisit opes, et in summa de Niniue actum est. Sic fit non raro, ut corriuales qui ob turpiculā consuetudinē mulieris impudicæ odijs mutuis aestuant, quandiu uoluptatis et libidinis pabula præbētur, tandem conspirent defœdatum scortum iocis atq; dicterijs exagitantes. Corynna nō est amplius corynna. Non adest pristina species, non ioci, non risus, non blanditiae, lepos, uenustas, sed semel omnis ablata est gratia.

Quis cōmouebit super te caput. Iudei uerbum נְנִינֵה abstrusorem uim cōplete tens leuius enarrant. Septuag. uerterunt in τίς σενάνη οὐτ λίν. Hie-

## EXPOSITIO

ronymus ut doloris significatum exprimeret, de suo  
adiecit, caput, ita enarrās: *Quis dolebit super te? quis  
tuus esse poterit cōsolator?* que quandiu potes fuisti,  
quasi crudelis domina nō miserebaris sensis, nec par-  
vulum respiciebas, nec præparasti luctus sociū, que  
noluiſti consortem habere regnandi. Ionathas reddit  
Chaldaicis uerbis: *Quis miserebit super te?* Cæterū ne  
mo uel mediocriter uersatus in literatura sancta igno-  
rare debet uerbum ॥ significare id quod Latinis  
mutare locū, uagari, atque susq; deq; cursitare. Qua  
uoce Moses indicat Caini iactationem & inquietu-  
dinem ex parricidio fratris Abel. Huic si addatur iam  
datius, qui Hebreis quoq; crebro significat commo-  
dum aut incommodum, ualeat pro eo, quod Latinis uo-  
cibus enunciamus satagere, inquietū esse, studiumq;  
suum declarare, ut malis oppresso succurratur. Hoc ue-  
rum esse planius intelliget, qui Jeremie ipsa Iudaica  
uerba expēderit cap. X V. pro quibus in æditione La-  
tina redditū est: *Quis miserebitur tui Ierusalem?* Aut  
quis cōtristabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandum  
pro pace tua? Dicit igitur Nahum, sic in omnes parti-  
ter fuisse iniuriā Niniuē, ut mutata fortuna in pei-  
rem statum, nemo aliquid negotij suscipiat illius gra-  
tia, nemo doleat, nemo uicē eius misereatur, nemo so-  
letur. Est enim in tristi fortuna malorū leuamen fau-  
tores & amicos habere, in quorum gremium confu-  
giatiw, ut uel malis eripiant, aut latiora promittant.

**E**t vulnera inficta commodo sermone leniant, apud quos liceat calamitates deplorare, et miserie participatum apud illos uel dolendo experiri. Niniue autem obueniet, quemadmodum ipsa fecit alijs, ut Esaias XLVII. Ierem. L I. de Babylone loquitur. Niniue quoque ab omni humanitate derelicta crudelitate exercit in omnem sexum, etatem, fortunam, conditio-  
nem. Iam postquam dominus dedit τωλίντονας γαρ  
γενέσθι, ut qua mensura mensa est, eadem illi reme-  
tiatur, nulla pectora misericordiae sensu afficiuntur,  
sed publica latitia ubique terrarum celebratur. Quod  
unum bene gesit Niniue, ut sic rebus saluis aduersum  
populos ageret, ne infelicissime occumbent quenquam  
dolore afficiat. Ita solet extremum fatum populi alieni  
cuius aut principis aut priuati, hominum iudicia pro-  
dere in utraque parte, et secundum meritum uel turpem  
uel honestam consecrare immortalitatem.

**N**unquid melior es Alexandria pop. Locus est salebrosus, quem nemo trahitorum inoffensio pede per omnia transigit, quapropter aliorum senten-  
tiae primum ponendae uidetur, deinde quid nobis appa-  
reat, ut lectori sit liberum sequi optima. Hieronymus  
scribit a preceptore Iudeo se didicisse, No Alexandriam dici, et Amon multitudinem sive populos, ut  
sit ordo lectio-  
nis: Nunquid melior es quam No Amon,  
uelab Alexandria populosa? Idem putat No destru-  
stam a Nabuchodonosor bello Aegyptiaco denum,

## EXPOSITIO

in quo authoritatem Iosephi sequitur. Ionathas Chal-  
dæus uerit etiam: An tu melior essem Alexandria ma-  
gna? Ieremias uero XLVI. exponit Alexandriam  
opulentam. Kimhi & Rabi Salomon assentient Ale-  
xandriam significari, que capta sit à Nabuchodonos-  
or. Salomon addit Amon dici pædagogam & nutria-  
cem propter ubertatem soli, & quod regū Aegyptio-  
rum filij in ea plerunq; sint educati. Cui subscribit Ni-  
colaus de Lyra in plurimis ueteris instrumenti locis  
hunc iudeum κατὰ τόδια sequēs. Abraham Aben  
Ezra simplicius dicit urbē Aegypti significari, quam  
Nabuchodonosor cepерit, quando iuit expugnatum  
Niniuen. Quae sententiae quam apte quadrent menti  
propheticā, mox altius indagabimus. Antea enim  
Græca interpretatio discutienda uidetur, quae habet,  
μῆδις ἀλιμώρ, id est, pars Amon. Sed totum hoc ca-  
pitulum corruptum non modo ab ipsis authoribus, ue-  
rumentiam iniuria temporum, & librariorum incuria  
Hieronymi lectio arguet, ut alia multa uitia prodit  
editionis Græcæ, que sub nomine LXX. interpre-  
tum circumfertur. Sic enim Hieronymus Latine red-  
didit uerba Græca, Vnde queram consolationem illi  
aptantem chordam? Apta chordam pars Amon, ο  
reliqua. Quod Græce ita scriptum oportuit: τόθερ  
χτησια πράκτησιν διτή δέ μόσαι χορούν; Ετοί  
μάσαι χορούν; μῆδις ἀλιμώρ. Idem Hieronymu-  
s sit aptante chordam nec in Hebreico nec in ceteris  
inue-

inueniri translatoribus. Mibi subolet istos interpretes  
 putasse Niniuen assimilari fidicinæ, quæ suspensa lyra  
 conuiuia nepotum ambitum uictum querens, tum libe-  
 ratis confortem. Quo tropo Esaias utitur de Tyro ua-  
 ticingans cap. XXIII. Vbi et uerbū ponitur **חַטִּיב**  
**חַטִּיב** bene cane, frequenta canticū, ut tui sit memoria.  
 Eodem significatu putarunt uerbum **חַטִּיב** usur-  
 patum à Nahumo, num bene ages, uel num concinne-  
 aptabis, et de suo addiderūt χορδὴν. Deinde **מִזְבֵּחַ**  
 propriū nomen cum præpositione legerūt cæcutien-  
 tes tanquam **מִזְבֵּחַ**, quod significat portionem. Nunc  
 prophetæ sensus inquirendus est. Non dubiū est quin  
 exēpli gratia No apponatur, quo planū fiat Niniuen  
 quantumvis munitam et potenter capi posse, quan-  
 doquidē longe munitior et firmior urbs nō ualeat im-  
 petum hostilem sustinere. Quod de futuro tēpore no-  
 stri et Iudæi exponunt nihil ineptum dicētes, quantū  
 ad prophetiæ ordinē pertinet de urbibus Aegyptijs.  
 Nam Jeremias uaticinans uastationē Aegypti per Na-  
 buchodonosor cap. 46. meminit ijsdem uerbis oppidi  
 No seu Alexādriæ. Et spiritus Dei tam certo profatur  
 post multa sæcula res futuras, quam præsentes aut  
 præteritas. Sed hoc abhorret à ratione bene dicendi,  
 ut Nahum probet Niniuen capiendan à Nabuchodo-  
 nosor, quoniā et No capiēda sit. Vtrunq; enim iuxta  
 incertum est. Vis autē exemplorū ex præterito sumi-  
 tur tempore, ut ex aliorū carenti præsentia et futura

## EXPOSITIO

negotia estimantur. Vnde apparet mihi No iam captam fuisse nō quidē à Nabuchodonosor sed ab Agyptio rege uel Assyrio ante Nabuchodonosor. Contra uoluntatem animi attingo, quæ spectant geographiā sacræ scripturæ, quod non ignorem difficilimū esse ut tustissima locorum et gentium uocabula cum recentioribus comparare etiā ubi multiplex historia suppetit. Video quoq; clarissimorū hominum errores alii quos, et plures subesse uereor, ut casum ipse reformidem ne mediocris quidē lectionis homuncio, et ingenij perquam tenuis. Verū quia locus prophetæ istam iam perquisitionem postulat, breuiter quod uidetur de Alexandria dicam, alias fortasse perfectiora traditurus, ubi maior authorum cognitio et iudicium legitimius obtigerint. Quod pleriq; putat No Alexādriā esse, licet nominis sonus minime respondeat, id ipsum a ueritate non abhorret. Sunt enim multa nomina diuinæ scripturæ sic mutata, ut neutiquam referant pri man originē, uelut Mizraim Aegyptus, Chus Aethiopes, Phuth Africa, qui magis uidetur Mauritania Tigranæ locus antiquū apud scriptores nomen retinet. Quædā sic antiquata sunt, ut ne locus quidē et populus noscatur, sicut Caphthorim, Casloim, Phetrusim, teste Iosepho: licet quidam Caphthorim putant Cap padoces, quidā Cyprios. Multa commigrarū ad scriptores ethnicos paululum sono immutato, ut Scuene siene, Migdol Magdalon, Phelistim Palestini, Lechubim

bim, aut per synopen Lubim Libyes. On Onij, quam  
pleriq; putat Heliopolim Aegypti urbem, Chub Eze  
chielis 30. capite Chobij, quos Symmachus transtulit  
Arabes, Asdod Asothus, Aza Gaza, quod nomen indi  
cum urbi Palæstinæ à Persis ob thesauros Cambysis il  
lic repositos lepide nugatur Græci scriptores, Moph  
Memphis, Nineue Ninus. Cæterum No Amon & Ale  
xandriam Aegypti nomine diuersissima, re congruen  
tia uel iste locus Nahum diligenter ad historias gen  
tilium collatus arguit. Sita fuit hæc urbs ultra Canopicū  
Nili ostium in confinio Africæ & Aegypti. Mira sa  
lubritas aëris, magna fœcunditas soli, magnæ opes pro  
pter negotia, urbs munitissimatum opere naturæ, tum  
artificio humano. A septentrione habuit mare Aegy  
ptium & turrim Pharon cum insula, quæ tandem pos  
te iuncta fuit ad urbem Alexandriam. Ab austro ha  
buit lacū Mariæ seu Maræotidem, ad quem deriuatæ  
fuerūt aquæ Nili superne atq; ab ortu solis. Unde me  
tropolis Aegypti semper fuit. Hanc Strabo libro 17.  
conditam scribit ab Alexandro Macedone metante  
architecto Dinocrate, ut haberet chlamydis figuram  
lateribus in longum protensis diametro 30. stadiorū,  
in latum extentas partes isthmis obtinentibus per se  
ptem aut octo stadia. Pulcherrima fuerūt & magnifi  
ca ædificia per totā urbē. Idem traditū est ab alijs scri  
ptoribus gentilium, & sacram historiā non improban  
tibus. Meminere de illa Iosephus, in 1. libro cōtra Ap

## EXPOSITIO

pionem, Egesippus, Marcellinus, Diodorus, Plinius,  
Hircius in commentarijs, & alijs. Omniū uero erudi-  
tiſime, quum hæc fuſſem cōmentatus, Ioachimus V  
dianus uir de rectis studijs optime profecto meritus.  
Illud autem fide caret ab Alexandro demū conditam  
urbē, sed multo credibilius est hunc locum ob uariam  
commoditatēm opportunitatemq; statim occupatum  
aedificijs, ut Aegyptus colij cœpta est. Habuisse autem  
proprium regē, qui dictus est Amon, ut postea Ptole-  
mæi dicti sunt Alexandrini reges, & Aegyptij Pha-  
raones, Palæstini Abimelech, Romani Cesares, & Ali  
gusti. Vnde No Amon cognominatur, quod urbs pri-  
mum dicta sit No, & eius reges appellati cognomen  
to Amon. Id quod Salomon larcheus & David Kimhi  
etia agnoscunt Ieremias caput 45. enarrātes. Ionathas  
& hic & apud Ieremiam putat nomen transfigura-  
tum per antithesin, & scriptū pro נָבָת. Est autē  
familiare diuinis scripturis, ut loca denominantur à  
principibus uiris, sicut Babylonie dicitur terra Nim-  
rodi, Damascus palatia Benhadad, Gabaon Saulis,  
urbs Dauidis, &c. Eam No sedem peculiaris regni  
probabile est aliás amicitia & foedus habuisse cum  
Pharaonibus, aliás bella geſſisse cū eis, aliás seruisse,  
quemædmodū & Assyriæ monarchiæ multa regna  
subdita fuerunt. Ea nimirum fuit capti uel ab Aegy-  
ptiorum rege summo, uel ab Assyrio cum Aegyptijs  
per multa ſecula belligante, ac de summo imperio  
decera

decertante, ut ciues grauiſſime adſlictarentur, nō au-  
tem urbs dirueretur. De quo hīc propheta mentionē  
facit, ut de re præterita. Posteris uero tēporibus à Na-  
buchodonosor capta & deſtructa eſt, quādo uniuer-  
ſam Aegyptum uastauit iuxta prædictionē Ieremīe.  
Eam Alexāder Macedo loci opportunitate inuitatus  
inſtaurauit, ac de ſuo nomine Alexandriā appellauit,  
que temporibus apostolicis nobilifima fuit florente  
ibidē uel præcipua ecclēſia Christi ſaluatoris. Hodie  
quoq; durat, & emporiū exiſtit ab hominibus Euro-  
paei maxime frequentatum. Eſt igitur urbs No, que  
poſtea nomen Alexādriæ accepit exemplum maius,  
quo probatur Niniuen haud perſtituram, quum uene-  
rit hora fatalis, quandoquidē longe munitione &  
inſtructior expugnata ſit. Quod poſtea ſuis circumſtan-  
tijs & uiribus eloquendi illuſtrabit. Cæterū uerbum  
**נִירְצָה** uarium habet uſum, quandoq; ſignificans  
uæhemeter & magno molimine rem quampiam con-  
ſicere, quandoq; belle & iucūde, quandoq; beneficijs  
afficere, quandoq; ἐν τῷ πόλει bene agere, id eſt fa-  
liciter uiuere ac ſecundā fortunā experiri, ut hoc lo-  
co. Et eſt ſenſus: Tu non meliore fortuna ueteris, quam  
No regia Amon. Quod figuratū interrogatiōne mul-  
to pugnaciſſimū eſt. Notāda eſt etiā periphrasis com-  
paratiui aptata non ſolum nominibus, ſed etiā uerbis  
& indeclinabilibus dictionibus, ut quod ſuperatur in  
comparatiōne posterius membrum orationis occu-

## EXPOSITIO

pet cum prepositione mem.

**Quæ habitat in fluminib.** Niniue gloriatur  
fluvio urbē perlabēte. Sed No undiq; circūflua undis,  
à septentrione habuit mediterraneum mare, quod ibi  
dicitur Aegyptium, obiectamq; habēs insulā Pharon,  
ab austro lacū ingentē & mare quoddā emulantem,  
Nili quoq; aquis ad eam deriuatis, ut præter structu-  
ram firmissimi muri aquis ambientibus fuerit munia-  
tissima. Et tamen captiuitatem exiliumq; non potuit  
propulsare. Vocem לְנָה uerit Hieronimus in diuinis.  
Sept. in ἀρχὴ, ego in propugnacula transtuli,  
putans illud præsentī loco magis cōuenire. Significat  
autē uox Heb. quicquid ad incolūnitatē & salutem  
conseruandam pertinet, copias rerū & militum, mu-  
nitiones ædificiorum, robur animi & corporis.

**9. Aethiopia fortitudo eius.** De auxilijs atq;  
copijs non est etiā quod glorietur Niniue. Nam Ale-  
xandria siue No, quum uinceretur, habuit exercitum  
ex celeberrimis militibus Aegyptijs, Aethiopibus, Li-  
bibus, Mauris, quibus & Niniue gloriatur.

**Nō finis.** Græci de suo adsuunt φύγει συγγένεια:  
sed nō video in quē usum, aut quām bona ratione. Est  
autem formula exaggerādi Hebraica, ut dicatur non  
esse finis neq; modus pro inæstimabili negotio. Quem  
dicendi modum Germanicus sermo etiam retinet: La-  
tinus magis gaudet nomine composito, ut dicat infinitas  
dūtiās, pro nō esse finem dūtiārum, & infinitū

robur uel immensum, pro nō esse finem robori. In uerbo substatiuo, fuerunt, subintelligitur pronomen relatiū qui, ut sēpicele fit, hocq; in loco adnotatur à Sa-  
lomone atq; Abrahamo Iudaicis tractatoribus. De il-  
lis gentium nominib; ante dixi, quantum huic loco  
illustrando sufficit. Fuerunt autē Alexandriæ finiti-  
mæ gentes Aegypti ab ortu, Aethiopes & Libes ab  
auro, Phutei siue Mauri ab occasu, & dubiū, antīc  
confederati, quum caperetur.

10 Ipsa in transmigratione ducitur. Vel, ut  
alij codices habent, ducta est. Non profuit Alexan-  
driæ robur ædificiorum, nō naturæ insuperabilia mu-  
nimenta, non præsidia militū, nō diuitiae bellici nerui,  
non calliditas ingenij, quo minus caperetur, miseriq;  
ciues in exilium traherentur. Et quām misera fortuna  
fuerit explicat, ut apparatui & præsidijs comparata  
ostendat, quām proclius ruina sit ex summo imperio  
in miserrimā conditionē. Nō modo, inqt, capta est No,  
sed ciues eius qui gladiū effugerunt hostilē, in duriſſi-  
mam captiuitatē abducti sunt. Ceterū uerbū iuit per  
τυγχανόμ antecedēti & cōsequēti nō minii iūgi-  
tur, abiit in transmigrationē & abiit in captiuitatē.

Paruuli eius elisi. Hoc genus crudelitatis ponūt  
oratores sacri subinde, nihil immanitatis prætermisſū  
significantes, ut ponatur species pro genere. Nam cui  
parceretur, quum infantes à uictoribus alliduntur in  
parietes, ut Esa. 13. Osee 14. Idipsum ominatur Eliseus

## EXPOSITIO

in Hazæle Iudeorum acerbissimo infestatore quarto libro Regnorum cap. octauo. Nempe futurum, ut parvulos eorum elidat, ac prægnantes diuidat. Vicorum initia pro capite uiarum, ut Hieronymus uertit Heb. metaphoram retinens, posuimus, quæ et uno uerbo dici potuerint compita.

Super inclytos eius. Græci rem intelligunt exponentes ἐπὶ τὰ ἔνδοξα δινόν. Sed melius ut Hieronymus uertit, personas accipiemus. Vocant enim Hebrei magnæ authoritatis homines, graues, qua metaphoræ autuntur Latini scriptores non raro. Per sortes datas de captiuis significatur, infelices Alexandrinos capita urbe contumeliosissime tractatos. Hæ enim sunt præcipue contumelie capti populi, si uendantur sub hasta, si donentur, si distribuantur sortibus.

Optimates eius cōfixi. Græci proprius rependunt Hebraicæ uerba transferentes, οἱ μεγίσταις δινόν δεθίσονται χεροπέδαις, hoc est, magnates eius uincientur manicis. Quo dicto significat Nam hum principes uiros citra omnem rationem honoris pristini tractos inferuitum.

ii. Tu quoq; bubes. iam alteran partem argumentationis subdit, colligēs atq; inferens per illa que contigerunt Alexandriae, nō posse Nimum sustinere hostilem impetum, sed oppressum iri, ut etiā ab inimiciis querat præsidium, uel metu hostium, uel ab illis, quos iniurijs illatis ante reddiderat hostes. Præpositio  
nanq;

nang; Hebraica mem in dubio est, utrum propter si-  
gnificet, an de Hieronymus ita exponit: Eadem tu pa-  
tieris atq; in tantā uenies necessitatē, ut à Babylonij  
sive cōtra Babylonios ab inimicis tuis auxiliū roges.  
Dauid Kimhi ab inimicis interpretatur, præ metu ini-  
mici. Vtitur autē allegoria imebriandi, qua diuini scri-  
ptores significant aliquē obrui malis, ut corruat, nec  
quicquā sensus aut uiriū habeat reliquū. Quasi dicat:  
Experieris eandē fortunam, & similium calamitatum  
fies consors. Sic autē dicit perfundendam calice furo-  
ris dominici, ut abscondatur, id est, tota ex uita homi-  
num deleatur. Quo tropo utitur & Abdias: Bibent  
omnes gentes iugiter, & bibent, & absorbentur, &  
erunt quasi non sint. Epanaphora figura repetendi,  
que plures sententias inchoat per unum uerbū, ut in  
presenti loco, etiā tu, plus habet grauitatis quam sim-  
plex enunciatio. Porro ubi legimus queres auxilium,  
in Hebreo habetur וְשָׁבַע, quod Hieronymus suprà  
uerterat cōfortans, hic L X X. interpretatur σώτης  
stationem, & in primo capite ὑπομένοι expectan-  
tibus, ut ante quoq; adnotavi. Vnde omnino patet am-  
biguitatē sacræ literaturæ magna ex parte imputan-  
dam interpretibus, qui non semper diligenter imi-  
sunt, & citra causam sēpe uariarunt.

<sup>12</sup> Omnes munitiones tuæ. Exemplo demon-  
stravit Ninuen expugnabile esse. Nunc similitudine  
idipsum delincat mire cōcina, ita loquens: Confidis

## EXPOSITIO

in munitionibus tuis, in mœnibus turritis, in propugnaculis, in fossatis, et fluminibus. Verū nullo pacto urbs quantūvis munita repellat hostem à Deo superinductum. Quemadmodum enim famelicus aut alioquin auditus siccum accurrens ad arborem sic comouet, ut ficus decidentes in os illius deuorentur: Sic omnes munitiones Nini cedent hostibus auditis, quos Deus adducturus est, quum tempus fatale aderit. Prophetā quidem ponit duntaxat priorem partem similitudinis, pro sapo dofin ut per se ultrò succurrentem animo, uerbis nō exprimit. Hic autem nobis obseruandum est, quād nullum robur, nulla calliditas, nullae opes, nulla omnino uis humana tueri possit, quos fatētrahunt, et per sententiā Dei & in iustis supplicijs addicti sunt. Sola enim uitæ et animorum in melius commutatio uia est iram uenerandæ maiestatis subterfugiendi, sicut ipsa loquitur per Ieremiam cap. 13. Repente loquar aduersus gentem et aduersus regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud: Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam et ego pœnitentiā super malo, quod cogitauit facerem ei. Ceterum ultiōni diuinæ obnoxios Ioël maturæ segeti cōparat, uisq; calcans, inquiens: Mittite falces quoniam maturuit messis. Et, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorū. Verba eius sunt capite tertio. Amos cap. 8. adumbrat maturis fructibus, qui colliguntur autumnū.

tempore in uarios corbes, ut alijs reseruētur in penuim,  
alijs crudi comedantur, alijs cocti, alijs proijciantur por-  
cis, aut etiā in sterquilinium. Antequam uero populi  
aut principis hora fatalis aduenērit, frustra & cum  
malo appetitur. Quādiu enim Assur fuit iurga, quam  
dominus eleuanit, securis qua dominus secuit, serrā  
quam dñs traxit, ut Esaias cap. 10. designat, uanus fuit  
omnis conatus resistēdi, resistebatur enim Deo instru-  
mento illo feriēti. Ieremias quoq; cap. 27. de Nabucho  
donosor in confessu legatorū, qui conuenerāt gratia  
cōspirādi aduersus Babylonicū regē, ait: Dedi omnes  
terras istas Nabuchodonosor, & seruient ei & filio  
eius, & filio filij eius, donec ueniat tēpus terrae eius,  
& ipsius. Et mox: Gens autem & regnum, quod non  
seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & qui=  
cunq; nō curuauerit collum suum sub iugo regis Ba-  
bylonis, in gladio, & in fame, & in peste uisitabo sic  
per gentem illam ait dominus, donec consumam eos  
in manu eius. Nimirum multa etiā bella cum Turcis infe-  
liciter gesta nos docuerunt, quām periculosest sit mo-  
nere manum contra dominatū qualem cunq;, sed non  
cū Deo mouere. Imprimis autē detrimētosum est atq;  
flagitiosum insurgere in magistratum à Deo institu-  
tum, ut Paulus optime differit in literis apostolicis ad  
Rhomanos sectione XIII. dum fungitur officio suo.  
Priuatorum igitur est ferre tyrannidem patiēter, &  
orare dominum, ut tales animos, tales affectus, tales

## EXPOSITIO

mores nobis conferat, quo profit, hunc tyrannicū dominatū à ceruicibus nostris depelli. Magistratus est, summa fide atq; prudētia tueri populū concreditum, ne uim patiatur in his, quæ corpus, famam, & facultates concernunt, Animi quoq; mala, quantum in se est præcauere. Euentum autem instituti sui recto animo suscepit publicū gerentes munus domino permittent, qui omnia gubernatur. Is omnibus imperijs limitem prefixit, Oceānū quoq; ipsum termino coērcēs, quem non prætergreditur. Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile tempus. Ad quod ubi decursum est inuita gens & superari indocilis tam nullo negotio domatur, quām maturi fructus decutiuntur.

13 Ecce populus tuus nul. Hebrei nō habentes magnam copiam adiectiorum nominum subinde utuntur similitudine aut heterosī, quæ ponit substantia loco adiectiuorum, & contrā. Septuaginta similitudinis notam adiiciunt, Hieronymus relinquit heterosim, quod significantius est. Dicit ergo Nahum illos totius orbis domitores felicissimos iam effeminitos, & animi uirtute atq; corporis uigore nihil à mulieribus distare. Qua figura propheta maximam animi consternationem significant, plerunque similitudinem parturiētis mulieris adicentes. Quod uero dicit, in medio tui uel intra te, habet emphasis. Quasi dicat: Qui excurrebat in omnes terras & uirtute sua fricti nihil metuebant in longinquis & ignotis regionibus

nibus, nunc intra munitissimam urbem suam desperat  
salutem, & mulieribus magis pauidi, leporibusq; fu-  
gaciore conspiciuntur.

Hostibus tuis adapertione pand. Per por-  
tas terræ Niniues uel aditus regionis, uel urbium qua-  
rumcumq; portæ, uel ipsius metropolis portæ intelligi  
possunt. Precedentia tamen & sequentia faciunt, ut  
de ipsa regia intelligamus. Dicit enim certissimum fore,  
ut urbs Nini hostibus pandatur, postquam ciues &  
propugnatores non plus habent uirtutis mulieribus.  
Nō quòd pauor sit causa primaria interitus, sed tantum  
accidens & contingens, ut quos Deus uelit perdere,  
illis eripiat animum cum facultate resistendi. Causæ  
nanq; subuersiōnis fuerunt, impietas, superbia, iniu-  
stitia, crudelitas, uitæ luxus. Quæ dū sunt uindicanda  
per iusticiam Dei, conscientia torquent animum, &  
ceu furiae exagitant omnē uirilitatē excutientes. Sunt  
autē animosi multi, qui alacres & intrepidi pugnam  
capessunt ac pereunt. Rursum alicubi metus spectat  
ad conseruādos homines, dum reddit cautos & pro-  
spicientes, periculisq; propulsandis intentos, ideo di-  
xi metum pereuntis populi contingens, non esse cau-  
sam efficientem.

**14** Aquam obsidionis hauri. Iubet ut se Ni-  
niue præparet obsidioni, quo possit ingruentem ho-  
stem feliciter à mœnibus repellere. In qua oratio ie-  
plures figuræ concurrunt, prosopopœia, quam ur-

## EXPOSITIO

bem alloquitur ut animal rationale, ironia dum iubet facere quod nihil profuturum existimat, ut ipse infensus figurā aperiet, μέσα μός partitio breuior, qua partes nonnullae ponuntur loco totius, hyperbaton breuisculum compositionis uenustioris gratia, ut dicatur aquas obsidionis hauri tibi, pro hauri tibi aquas obsidionis, &c. Est fortasse qui magis putet per alias species synecdochicōs designari omnem apparatus, & instructionem obsidionis, ut cōscribere copias, conflare argentum, procurare annonam & panarium, constituere custodias, explorare consilia hostium, & similia. Nahum exprimit alterū & tertium, ex quibus reliqua subintelligantur, primū dicens hauriendas aquas, priusquam hostis Chaldeus obsidione cingat urbem, ut bona sit copia aquarum ad restrin- gendam sitim & incēdias, ceterosq; usus obsidionis.

Firma munit. Alterum est, ut firmet atq; reparet munitionum interrupta, ut omnes obstruant aditus, qua hosti patet ingressus.

Intra in lутum. Præcipit ædificandi materiā & lutum temperare, ut deiectas muri partes confessim resartiant. Quod per interpretationē bis dicit: Ingredere lutum & argillam calca.

Tene laterem. Id Hieronymus reddidit secutus interpres Septuaginta. Ceterum Hebraicū uerbum חַזְרֵנִי significat firmare atq; stabilire: Nomen autem מַלְכֵנִי prefixa litera mem significat fornacem.

Officinam, in qua conficiuntur lateres, et  
opus confectum. Id placet Abrahæ et Salomoni Iu-  
deis tractatoribus, quibus non repugnat Ionathas.

Ibi comedet te ignis. Explicat ironiam, di-  
cens: Quum magno studio fueris intenta o Niniue ad  
propugnandum, et nihil praetermisseris, quod pertinet  
ad defensionem, in omnibus tamen stationibus ignis,  
hoc est, ulio diuina te corripiet. Quo tropo nil est ce-  
lebrius, sicut et gladius pro iudicta et supplicijs po-  
nitur. Quanquam utrumque simplici sensu non male  
quadrat ijs qui armis infestatur, ut iniectis facibus et  
ferro præcipue laedantur. Ionathas haec omnia intelli-  
git per allegoriam de hostibus vastaturis Niniuen. Hie  
ronymus ita explanat: Quu hæc omnia feceris, quasi  
à bricho humus, ita à gladio deuoraberis. Locus in  
editione Latina bene cōsonat Hebraicæ ueritati, nisi  
quod uerbum actuum, perdet te gladius, uersum est  
in neutrale, peribis à gladio. In codicibus Græcis ui-  
tiata est scriptura non tam culpa interpretum, quam li-  
brariorum. Verba enim in nostris exemplaribus in-  
terempta nimurum à sciole quopiam, qui repetitione  
uerborum superuacanea censuit, ut alias sèpe factum  
est, in Hieronymi Latina interpretatione, superstuant.  
Sic autem legendū uidetur: ἐκεὶ γαρ καταφάγεται  
σε τὸ ωῦρο, ἔξολοθένσει σε ρομφαια, καὶ κατα-  
φάγεται σε ὡς ἀκρίε, καὶ βαρωθήτη ὡς βρῶχος.  
ταλυθώθητι ὡς βρῶχος.

## EXPOSITIO

Deuorabit te ut bruchus. Similitudine planius dicit, quo pacto gladius sit absunturus, uel quod multitudo Ninives absumenda sit uelut examen locustarum luc immissa: uel quod hostium copia sit urbem Nini impletura, ut Ieremias Babyloni minatur cap. 51. uel quod hostilis uastatio similiis futura sit illi, quam infest locustarum aut bruchorum multitudo in locum uberem ingruens. Posteriori uidetur conuenientissimum, quod Hieronymo & Dauidi Kimhio placuit. Iocel quoque longissima allegoria per locutas & bruchos delinit sanguinorum hostium grassationes.

Congregare ut bruchus. Hebraicū uerbum infinitiū modi existit Abrahamo & Dauide Kimhi testibus, significās aggrauari. Estq; pia festiuitate conditum, quod quum antea dixerit, Niniuen perdendā ab hostiū nocentissimorū uastatione sicut pratū aut arū à locustis cæterisq; noxijs bestiolis corrūpitur: nunc dicat sese grauasse inutili turba nebulonū, haud secus, quām si locustarum examen imponeretur loco cultissimo ad eum depascendū. Quid enim aliud sunt parasiti, histriones, circulatores, magi, funambuli, sumiendi, petauristæ, ambubalæ, balatrones, hoc genus omne hominum nulla re honesta recipit. inservientium, quām inutile imò perniciosum onus? Ceterum quod uocabulum bruchi alias perniciōsam turbam hostium designat, alias inutilem turbā Ninives, uel antanaclasin uel allusionem dicere possumus.

Mul-

**Multiplicare ut locu.** Per ironia iubet facere, quod ultrò facit in magnū suum malum & dedecus, otiosam turbam conrahens & alens, à qua tempore calamitatis deseratur. Sequuntur enim homines isti nequam splendorē fortunæ, sicut muscæ & alia insecta mensam, sicut bruchi florem arborum. Nam ad omnem libidinem stolidorū diuitum sese componūt, & uoluptatis illicitæ artifices sunt adulando, aures il lecebrosis sonis permulcendo, gule strues patinarias concinnādo, adq; res uenereas inseruiendo. At simul intonuit, fugam sibi prospiciunt, & quā datum est periculo se subducunt, deserentes illos atque illudentes etiam, à quibus in delicijs tempore felici sustentati sunt. Illud Ieremias cap. 51. Et Esaias cap. 13. denunciant Babyloni futurum. Et quotidiana exempla perdo cent idipsum fermè contingere.

**15 Plures fecisti negotiationes.** Ita etiā Se ptiuginta uerterunt εμπρίξ, quum potius significet homines mercatores, quos uel principes intelligere possumus, qui opes omniū gentium Niniuen con uixerunt uelut in emporium uel potius in speluncam latronum. Aut uere mercatores intelligendi sunt. Comitatur enim frequentia mercatorum magnas opes, ut de Tyro loquitur Esaias 23. capite, Ezechiel 27. & ex uniuersis terris confluunt homines cupiditate luxrandi, aut studio res nouas spectandi, aut fpe mollioris uitæ, ut magna urbs epitome totius mudi à Greco

### EXPOSITIO

quodā rectissime dicatur. Adhuc autē ppbeta loqtur,  
 quod innumerabilis multitudo nō sit profutura, nunc  
 dices de mercatoribus, q̄ spe lucelli Ninuen pertracti  
 haud diuitias uel ibidē partas uolēt impendere ad con-  
 seruandā urbem, nec uolēt utranq; fortunā cū ciuib⁹  
 ferre, sed increbrescētē fama belli reculas suas corri-  
 piētes ad fugā uerietur. Multitudinē institorū hyper-  
 bolicōs adauget, dices plures fuisse mercatores Nin-  
 uiticos, q̄ sint astra cœli. Celerem fugā similitudine im-  
 plicita cōmonstrat, nota comparādi prætermissa, qd'  
 & Hieronymus & Græci æmulati sunt: Bruchus ex-  
 pansus est, & auolauit. Ad hūc modum similitudinis  
 signo excluso, quod diuinis scripturis familiare est, si  
 multudo uertitur in allegoriā, que nō aliud est, quam  
 cōuoluta parabola. Similē rē ego subiuxi appositoria  
 constructione interponens de meo exponēdi particu-  
 lam. Et est sensus: Tam cito mercatores Ninuen deser-  
 turos, qui in bruchus impetu semel factō auolat. Iona-  
 thas particulam comparandi adiicit, **בָּרוּחַלְאָ**, sicut  
 bruchus. Et Salomon iarcheus enarrat ad hūc modū:  
**יְהִי קָלֵם לְצַאת בְּסַחֲרָה כִּילֵק פּוֹשֶׁת גַּעַת**, hoc est, erunt ueloces ad exeundum cum mer-  
 cibus, ueluti bruchus impetu capiēs & euoluās. Kim  
 hi etiā similitudinē explicat. **בְּמַרְחִילֵק שְׁפֵשֶׁת**  
**פָּאָרֶץ וְאַחֲרֵ כָּר עַתְּ קָל מִזְהָרָה בֵּן עַפְרָה הַמָּ**  
 id est, **וְאַבְרָוּ וְלֹא הַוּיְלָם עֹוְשָׂרָם**  
 modum bruchus qui se intendit in terra mox auolat  
 celeri

celerī motu: sic ipsi auolarunt perieruntq; nec pro-  
fuerunt ipsis suæ diuitiæ.

17 Custodes tui quasi loc. similitudine supra  
modum uenusta & apta ostēdit, populū collectiū,  
qui amplam fortunam Niniues, & potentissimi prin-  
cipis regiam secutus est, tempore tranquillo & refri-  
gerij se in Assyriorum metropoli continere, atq; frui  
felicitate illorum, incidente uero belli & infortunio-  
rum æstu, huc illucq; diffugere, ut nesciatur, ubi tam  
ingēs turba se detinuerit, aut quō se proripuerit. Hæc  
sentētia uoces aliquot habet maxima obscuritate in-  
uolatas, super quibus uarias opiniones referā, ut pru-  
dens lector ex cumulo sumat, quod præsentibus re-  
bus maxime congruet. צְבָאֵרִיךְ minnesaraich Hiero-  
nymus uertit in custodes tui, putans significari ali-  
quos partem Reip. procurat̄. Sanctes Pagninus ma-  
iores tui. Sep. ἀφάλατο resiliit, exposuerunt, nescio  
quā rationē secuti. Ionathas נָאָטָסְרַ מִצְלָחָבִין בְּגֹרְבָּא, uolatus tuus resplendens ceu locustæ. Rabi  
Salomon ait mem substantiale sicut in mischmereth  
quod interdū cadat sicut in נָזְרִיךְ, & exponit prin-  
cipes iui. Abraham ait ignorare se causam puncti da-  
ges, exponens בְּעָלִי נָזָר. Kimhi tradit dages po-  
ni euphonie gratia, & significare magnates atq; ty-  
rannos. Haud dubium est, quin thema uerbi sit נָזָר  
significans cæsariem, ut Ier. 7. Vnde nazarei uocan-  
tur adolescentes sub severa magistrorum disciplina.

## EXPOSITIO

educati, qui comam nutrire cogebantur. Nec uidetur  
id nominis signare uiros primarios, quum infra men-  
tionē faciat moderatorū inquiens: Dormitauerūt pa-  
stores tui rex &c. Sed potius comatulos designare uī  
detur propheta, de quibus poëta dicit: Sint procul à  
nobis iuuenes ut fœmina compti: ut perstringatur  
turba mollis & delicata, quæ Niuiuitis principibus in  
delicijs habita est. Dages autē magis defēctum litera-  
thau prodere puto, quam gratiam auribus cōciliare,  
ut sit formæ hithpaal, מִתְהַנְּרִים seipso comantes  
& turpitudini se præparātes significans. Quanquam  
hoc non dissimulandū est, quod characteristica litera  
thau expulsa uocalis pathah fermē sub prima litera  
substantiali ponatur. Sed metathesis uocaliū facta est,  
qd' nō raro fit scripto minnesarach p minnaserach.

Paruuli. Hieronymus contemplatus est præcipue  
initium dictionis טבָסֵר, que uox צְרִיךְ significat pu-  
bem siue iuuenum turbam. Septuaginta σύντομος,  
id est, mixtius populus. Ionathas relinquit Hebraic-  
um. Abraham dicit in hoc uno loco dictionem hanc  
poni, & significare שְׂרִירִים principes tui. Salomon  
exponit חֲמֹמוֹנִים שְׁלֵךְ diuitie tue. David Kim-  
hi, principes tui uel duces tui. Ponitur eadem uox Iere-  
mie capite quinquagesimo primo una duntaxat uo-  
cali uariata. Hic enim Taphsar, ibi Tiphsar scriptum  
est. Quod uerbum apud Ieremiam appetet esse pro-  
prium gentis, ut in Latinam linguam translatum est.

Septua-

Septuaginta uerterunt in Belos ἀστερ̄ agmen sagittariorum. Ionathas עֲבָרִים קְרָבָא idoneos ad praelium uel facientes praelia. David Kimhi exponit שַׁר primcipem, aduocans et presentem locum. Salomon silencio pretermittit. Mihi uidetur nobilitatem hic significare, hoc est, principum filios, et liberaliter animo corporeis; constitutos, qui unde quaque mittebantur ad aulam tati monarchae. Estque compositum ex כָּתָה quod iuuentutem et famulicium significat, et ex סְרֵס po-  
sito uice שְׁר per antithesim, quod significat principem. Nisi quis putet uocabulum Assyrium significare gradum in militia, aut in Repub. tempore pacis. Cu-  
iusmodi multa extat apud Danielem Chaldaica. Et in rebus Turcicis uaria nomina hodie iactantur, quibus ipsi ordinem suæ politiæ distinguunt.

Locustæ locustarum. Septuaginta simpliciter uerterunt ἀκρίς locusta. Kimhi, Abraham, et Ionathas intellexerunt etiam eximias locustas, ut plerunque geminatio uerbi ἐπίταξιν exhibit. Rabi Salomon exercitum locustarum exposuit. Cui adstipulatæ uerti examen attelaborum, qua uoce usi sunt etiam Septuaginta interpretates אַרְבָּה, id est locusta, quod Aquila uerit in commissorem. Significat autem ἀττέλαξis Gracis genus locustæ minutum. De quo Hieronymus ita scribit: Attelabus parua locusta est inter locustam et bruchum, et modicis pennis reptans potius quam uolans, semperque subsiliens. Et ob hanc cau-

## EXPOSITIO

Sam ubicunq; orta fuerit, usque ad puluerem cuncta consumit: quia donec crescant pennæ, abire non potest. Similitudinem autem sic explicat idem Hieronymus: Cum multiplicata fueris, ut bruchus et ut locusta in unum cōgregata, et congregaueris sicut astra cœli diuitias tuas, sicut locustæ, et bruchus et parua genima locustarum, quæ uocantur attelabus, sole incalescente auolant, nec reperiuntur, sic tu dispergeris et fugies. Natura enim hæc locustarum est, ut in frigore torpētes per calorē uolitent. David Kimhi posteriorē partem similitudinis, quam Græci uocant prosapodosis, haud inepte subdit huiuscmodi uerbis: Principes Nini et magnates eius, qui degerūt in magna tranquillitate, quum superuenerit eis hostis, nec à diuitijs nec à magnificētia pristina quicquā opis sentient: uerum partim fugient, partim interficiētur, ut nesciatur, quis magnas aut princeps fuerit.

18. **Dormitauerūt pastores tui.** Ad regē corrūptens orationem dicit, in proceribus et cōfiliarijs, nihil animi aut consilij, aut roboris, aut aliquid opis superesse ad conseruandum populū. Vnde futurū sit, ut in morem gregis palantes oberrēt, nec habeant dum, qui regat et ex tātis periculis liberet. Est autem allegoria rei pastoralis principib⁹ accōmodata per familiaris Ieremie, Ezechieli, et alijs diuinis orationibus. Verbum Heb. יְהִי magis significat somnū appetere, aut in somnum resolui, sicut L. X. X. uertetur

Vunt Quus αλα. Ceterum pro latitauit Septuaginta dicunt ἀπῆρε πὸ λαός σα. Hebraica ueritas habet uerbum passiuū שׁנָתְשׁוֹן, id est dispersi sunt. Ad quem modum Ionathas interpretatur אַהֲרֹן, & commentatores subscribunt, ut per antithesim positū videatur loco זְבֹרֶץ.

29 Non est obscura contritio. Epilogum ponit Nahumus, in quo summatim comprehendit, quod tota oratione tractatū est, nempe Ninuen insigni mandam infortunio, & irreparabili uastatione, quoniam in omnes pariter fuerit iniuria. Quae quidē sententia plusculas habet sermonis exornationes, & grammaticæ conſiderationis nodos, quos singulatim appetire conabimur.

Nō obscur. Hieronymus בְּהַה eo sensu accipit, quo dicitur de Isaac : Caligauerunt oculi eius. Græci Planius δύνεται λέσχη τῷ σωματικῷ σα. id est, Non est sanatio contusione tuæ. Hebræi quoque consenserunt licet variantibus uerbis sanationē atque vulneris obdulationem significari. Ad uerbum autē ita transferretur: Non obscuritas contusione tuæ, dolore exulcerata est plaga. Estque allegoria sumpta à vulneribus patētibus & dolorificis supra modum, qua significatur grandis & inestimabilis calamitas Ninuen manens.

Compresserūt manus. Planius uertitur, plausident super te manibus, uel compludent aduersum te manus, quomodo Ionathan interpretatur Chaldaice

## EXPOSITIO

כְּפָתָח וַיֹּאמֶר. Et Graci uerbi significatio est in  
oratione. Oratio est symbolica et synecdochica per ma-  
nuum compositionem affectum significans mentis. Ali-  
quando enim incisio manuum praesertim cum additione  
femoris aut lumborum, doloris contestationem porten-  
dit: aliquando instigationem, ut apud Ieremiam: ali-  
quando letitiae et gaudij signum est, ut hoc loco, et  
quum dicitur: Percusserunt manum atque dixerunt, uia-  
uat rex. Item, Omnia ligna campi plauserunt manibus.  
In qua sententia Dauid Kimhi etiam est. Diuus Hiero-  
nymus enarrat multipliciter, dicens: Vel stupebunt  
propter rei magnitudinem et insperatum nuncium,  
et comprimit manus suas: vel pre magnitudine gall-  
ij insultantes tibi applaudent manibus, et quodam gall-  
ij strepitu concrepabunt. Haec ille. Dicit ergo Nahum  
subuersa Ninive passim plausus et gratulationes so-  
re, ut illius excidium publice letitiae prebeat materia.  
Id quod Cicero etiam in Catilinariæ cōspirationis op-  
pressione ominatur futurum. Etenim intereruntibus im-  
perijs, ciuitatibus, principibus, aut etiā priuatis homi-  
nibus, qui odia inferiorum in se conflauerunt iniurijs  
et violentia, simultates tandem erumpunt oppresso-  
rum, ut de quibus libenter iactabant adagium tyran-  
nicum, oderint dum metuant, suis capitibus insultates  
perferant. Eset hic differendi occasio, an Christianæ  
pietatis assclæ, que præcipuam habet charitatē, ga-  
deant interitu malorum, an optent excidium malorum,

an malis inferant tormenta, & quatenus. Ad quæ bre  
uiſſime illud in præſentia reſpōdeo, iuxta eandē regu  
lam charitatis hæc facere homines religiosos, ut me= 29.  
ritis ſupplicijs iniurias audaciū comprimāt, ne plures  
boni opprimātur, ut optent atq; comprecentur inter  
ritum flagitiorum, ubi melioris uitæ nulla ſpes ſu  
pererit, ut gratulētur & congaudeant iuſtitiæ diuinæ  
cadentibus impijs, quoniam ſimul bonorū ſors melior  
euadit. Sic enim Solomon pronūciat Proverbiorū  
capite: Cū surrexerint impij, abſcondentur homines,  
cum illi perierint, multiplicabuntur iuſti. Hæc igitur  
cauſa lætitiae in prauorum hominum interiuſu reſpicit  
publicam utilitatē & diuini nominis gloriam. Priua= 29.  
tim uero propter infortunium inimici caue gaudeas,  
ut idem Solomon ſapietissimus præmonet. Cum ceci= 29.  
derit, ait, inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius  
ne exultet cor tuum, ne forte uideat dominus, & di= 29.  
ſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.

Audierunt auditiō. Reptitio huius uerbi nō  
parem gratiam retinet in alijs linguis.

Super quem nō tranſiit. Cauſam quoq; interi  
tus Aſſyrij aſſignat in epilogo, nempe Ninū deſtruen  
dam, quia ſemper aduersata ſit Deo & hominibus, ſu  
perbia, impietate, iniuſtitia, crudelitate, atq; cæteris  
immanibus flagitijs. Quod per interrogatiōnē u& he= 29.  
mentius edicitur: Ad quem non pertigit malitia tua?  
Verbū tranſeūdi commođius & luſcidius hic uertitur

## EXPOSITIO

in peruenire, sicut Græci sunt interpretati, ἐπὶ τίναι  
δικαῖον ἀπόλετον ἡ κακία, σὺς διαπονῶς;

**Epilogus** HIC est igitur exitus impietatis & uiolētiae in fato  
Niniues tamenquā in speculo propositus, ut homines pro-  
fligati, qui nulla ratione possunt ad moderationē ui-  
tam perirahī, grauissimo supplicio macilētur cum ap-  
plausu hominum, et uniuersi mundi cōgratulatione.  
Promide qui sapit, qui cupit uidere dies bonos, modis  
omnibus caueat monstrare h.e.c uitiorum superbiam, im-  
pietatem, perfidiam, crudelitatem, iniustitiam, auar-  
itiam, uitæ luxum, quæ singula etiam subuerterunt  
homines singulares, ciuitates florentissimas, et am-  
plissima regna. Nullum fuit imperium Aſyrio maius,  
nulla tyrannis confirmator, nulli genti clemētia cœ-  
lestis diutius pepertit. Periit tamen ad extremum Ni-  
niue, ut satius illi fuerit, nūquam fuisse, quam tali fato  
defunctam esse. Pij uero, qui iugo premuntur tyran-  
nico, bonam spem cōcipiant ex interitu potentissimæ  
urbis persuasum habentes, eundem uniuersitatis do-  
minum res humanas moderari, eadem uoluntate atq;  
ingenio præditum erga hostes suos, aut eum reueren-  
tes. Nihil de uiribus detractū est curriculo tot anno-  
rum, qui semper idem ipsus est, nec anni eius defici-  
unt. Proinde si studeamus per animi synceritatem ui-  
teq; sanctimoniam cōmorari in protectione Dei cœ-  
lorum, si firma fide persistamus in promissionibus di-  
uinis, si spe atque patientia studeamus possidere ani-  
mas


mas nostras, felicissimum cumentum nobis dominus con-  
feret. Is nullo negotio cōfringet carnis nostrae infidias,  
ne quid capitale struatur spiritui, deteget hæreticorū  
fraudes, opprimet perfidorū & proditorū consilia,  
uim tyrānorū & conatus improbos retūdet, ipsumq;  
principem mūdi, qui per antichristum iniquitatis my-  
steriū præcipue operatur, cum uniuersis copijs profili-  
gabit. Dabit autem nobis salutem ex inimicis nostris  
per cornu, quod erexit in domo David, ut sine timo-  
re inimici, magno tamen timore Dei salutem operan-  
tes seruiamus illi in sanctitate atque iustitia omnibus  
diebus uitæ nostræ: post hanc temporariam uitæ ima-  
ginem, ueræ & æterne uitæ heredes futuri. Domino  
Deo sit laus, gloria, imperium, in sæcula sæculorum,


A M E N.

1395 Aug

THE EATON PAPER

THE EATON PAPER  
A MONTHLY MAGAZINE  
DEVOTED TO THE INTERESTS OF  
THE HOME, THE CHURCH,  
AND THE STATE.  
EDITED BY JAMES EATON.  
PUBLISHED AT NEW YORK,  
BY THE PUBLISHING COMPANY,  
1395 AUGUST.





**E**ndemus nos uerbi quib[us] vni

11. Et ad eum venit Iacob et dicit ei Iacob  
12. Domine deus meus tu es deus misericordia  
13. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
14. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
15. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
16. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
17. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
18. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
19. Tu es deus misericordia et deus misericordia  
20. Tu es deus misericordia et deus misericordia

et quod est in causa nostra est.

**O**cto**r** u**ero** q**uo**d ab in**tra**c**tu**s. **P**ri

—  
—

